ecclesiarum rectoribus, curatis et non curatis, canonicis, presbyteris, clericis et notariis publicis per civitatem et diocesim Ullisboñ et alibi ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum, ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus eorum inceperit, alius prosequi valeat et finire super ulteriori executione predictorum mandatorum apostolicorum atque nostri tenore presentium comictimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie communiter et divisim eisque nichilominus et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena quam in ipsos et ipsorum quemlibet, nisi infra tres dies postquam per dictum Fernandum aut eius procuratorem fuerint requisiti, seu alter ipsorum fuerit requisitus, ita quod alter alterum non expectet nec unus pro alio se excuset, quem terminum eis et eorum cuilibet pro omnibus dilationibus ac monitione canonica assignamus, faciendo que eis in hac parte comictimus et mandamus, ferimus et in hiis scriptis districte precipiendo mandamus, quatinus ad vos dictum archiepiscopum, canonicos et capitulum ac ad illos supradictos et ad dictam ecclesiam Ullisbonensem et ad alias personas et loca, de quibus expediens fuerit, personaliter accedant seu accedat, et prefatas litteras apostolicas et hunc nostrum processum ac omnia et singula in eis contenta vobis et aliis, quibus opus fuerit, legant, intiment et fideliter intimare procurent seu per alium legi et publicari faciant dictumque Fernandum vel procuratorem suum eius nomine in tenutam et corporalem possessionem dicte scolastrie et eius iurium inducant et inductum deffendant sibi aut eius procuratori antedicto faciant seu faciat de ipsius scolastrie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Et nichilominus omnia alia nobis in hac parte commissa exequantur fideliter et plenarie vice nostra, ita tamen quod in preiudicium dicti Fernandi nichil valeant attemptare nec circha premissas sententias per nos latas absolvendo vel suspendendo aliquod immutare. Et si contingat nos alias super premissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reservamus, nolumus propter hoc subdelegationem nostram huiusmodi in aliquo revocare, nisi de ipsa revocatione in nostris litteris fiat mentio specialis. Prefatas quoque litteras apostolicas et hunc nostrum processum penes eundem Fernandum vel procuratorem suum volumus remanere nec per vos aut vestrum aliquem contra ipsius Fernandi aut eius procuratoris voluntatem quomodolibet deptineri. Contrarium vero facientes prefatis sententiis per nos latis volumus subiacere. Mandamus tamen vobis copiam fieri de premissis, si eam petieritis et habere volueritis, vestris tamen sumptibus et expensis. Absolutionem autem omnium et singulorum qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint quoquo modo, nobis et superiori nostro eodem modo reservamus. In quorum testimonium presentes litteras seu presens publicum instrumentum in se nostrum processum huiusmodi continentes in forma autentica per Rolandum notarium infrascriptum scribi et publicari mandavimus ipsasque seu ipsum quia proprio caremus sigillo, appensione sigilli Curie episcopalis Bonofi iussimus communiri, quod quidem sigillum, si non apponi aut appositum corrumpi vel devastari contigerit, ipsis tamen litteris seu instrumento et processui huiusmodi fidem volumus plenariam exhibere.

Datum Bonoñ in domibus residentie supradicti domini Fernandi de Guerra, sitis in sancta Maria de Claviga, presentibus sapientibus egregiis viris domino Johanne Alvari, decano Visensi, domino Johanne Gonsalvi, domino Alfonso Roderici, omnibus de Portugallia scholaribus Bonoñ, studentibus in iure civili, et domino Blasio Alfonsii de Portugalia, rectore parrochialis ecclesie sancti Salvatoris de Losada Bracharensis diocesis, scolari Boñ, studenti in iure canonico, testibus, sub anno a nativitate Domini nostri M<sup>o</sup> cccc<sup>o</sup> viii<sup>o</sup>, indictione prima, die nono mensis Martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii pape xii anno secundo.

Nota et rogatio mei Rolandi Alberti de Castellanis notarii Boñ (53).

Temos notícia da concessão de alguns benefícios referidos na sobredita bula de Gregório XII noutras letras do mesmo papa de 19 de Dezembro de 1406 sobre concessão de 4 de Setembro de 1406 do papa Inocência VII. Nesta altura era clérigo da diocese de Lisboa, tendo beneficiado antes da dispensa de ilegitimidade para ascender a todas as Ordens e aceitar benefícios eclesiásticos. Em virtude dessa dispensa, tinha-se feito clérigo. Inocência VII concedia-lhe então o canonicato e prebenda de Lisboa, que se esperava viessem a vagar pela sagração do bispo eleito do Porto D. João. O papa morreu antes da confecção das respectivas letras, pelo que o sucessor Gregório XII encarregava Fernando Anes, cônego de Évora, de conferir tal dignidade ao nosso D. Fernando Pires, sobrinho de el-rei de Portugal, após diligente exame quanto à sua idoneidade, fazendo retroceder o valor jurídico das letras até à data da concessão do predecessor:

Gregorius, etc. Dilecto filio Fernando Johannis, canonico ecclesie Elborensis. Salutem, etc. Rationi congruit, etc. Dudum siquidem, cum canonicatus et prebenda ecclesie Ulixbonensis quos dilectus filius Johannes, electus Portugalensis, tempore promotionis facte de ipso per felicis recordationis Innocentium papam vii, predecessorem nostrum, ad ecclesiam Portugalensem, tunc pastore carentem, obtinebat, prout obtinet, per huiusmodi promotionem et munus consecrationis impendendum eidem electo, vacare sperarentur in brevi, prefatus predecessor, volens dilectum filium Fernandum Petri, clericum Ulixbonensis diocesis, qui ut asserebat carissimi in Christo filii nostri Johannis regis Portugalie illustris nepos erat, et cum quo dudum ut, non obstante defectu natalium quem patitur de soluto genitus et soluta, ad omnes etiam sacros ordines promoveri, et tria beneficia ecclesiastica se invicem compatiencia, etiam si aliquod ipsorum curatum vel canonicatus et prebenda seu dignitas etiam maior post pontificalem in metropolitana seu cathedrali aut principalis in collegiata ecclesia existeret, si ei alias canonicè

---

(53) ASB, Rogiti di Rolando de Castellanis, busta 4 (filza 5), n. 68.

confer[r]entur, recipere et retinere libere et licite valeret auctoritate apostolica extiterat dispensatum, quique post dispensationem huiusmodi se fecerat clericali caractere insigniri, apud eundem predecessorem de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, voluit et concessit videlicet secundo Nonas Septembris pontificatus sui anno secundo alicui iudici dari in mandatis ut, si post diligentem examinationem eundem Fernandum ad hoc ydoneum esse repperiret, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus, redditus et proventus centum librarum Turonensium parvorum secundum communem extimationem non excedunt, ut premittitur, vel per lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffinitis aut alias quovis modo, preterquam per ipsius electi obitum vacare contingeret, conferendos prefato Fernando cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolice reservaret ... et nichilominus eosdem canonicatum et prebendam, cum illos vacare contingeret, ut prefertur, etiam si tunc alias quovis modo vel ex alterius cuiuscumque persona vacarent ... dummodo dicta die, videlicet secundo Nonas Septembris, non esset alias in eis alicui specialiter ius quesitum, cum dicti iuris plenitudine ac omnibus iuribus et pertinentiis antedictis prefato Fernando eadem auctoritate conferret et assignaret ... Ne autem pro eo quod super huiusmodi voluntate et concessione ipsius predecessoris, superveniente obitu, littere apostolice confecte non fuerunt, dictus Fernandus earumdem voluntatis et concessionis frustretur effectui, volentes et apostolica auctoritate decernentes quod voluntas et concessio predictae perinde a dicta die videlicet secundo Nonas Septembris sortiantur effectum ac si super eis ipsius predecessoris littere sub eiusdem diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandum plene voluntatem et concessionem antedictas ubique sufficiant nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si post diligentem examinationem dictum Fernandum ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, canonicatum et prebendam predictos, cum illos, ut premittitur, vacare contigerit, conferendos prefato Fernando cum dicti iuris plenitudine ac omnibus iuribus et pertinentiis supradictis donationi tue auctoritate apostolica reserves et nichilominus eosdem canonicatum et prebendam, cum illos vacare contigerit, ut prefertur ... cum dicti iuris plenitudine ac omnibus iuribus et pertinentiis supradictis prefato Fernando eadem auctoritate conferas et assignes, inducens per te vel alium seu alios eundem Fernandum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende iuriumque et pertinentiarum predictorum eadem auctoritate et defendens inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac faciens ipsum Fernandum vel dictum procuratorem pro eo ad eandem prebendam in dicta Ulixbonensi ecclesia in canonicum recipi et in fratrem ...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, quartodecimo Kalendas Januarii, anno primo (54).

---

(54) AV, Reg. Lat. 132, fl. 258v-260.

Na altura destas concessões de Setembro e Dezembro de 1406, D. Fernando Pires Guerra devia contar uns 18 anos, pois tinha 20 anos em 1408, quando Gregório XII lhe concedeu o mestre-escolado de Lisboa. Talvez se encontrasse ainda em Portugal. Em tal hipótese plausível, começaria pouco tempo depois os estudos de direito em Bolonha, onde estava em 1408, como vimos. Após alguns anos de estadia em Bolonha, passou ao Estudo de Pádua, onde estava a 4 de Dezembro de 1411, com residência própria, acompanhado dos familiares Vasco Rodrigues e Vasco Domingues de Portugal. Precisamente em documento desta data aparece como bispo de Silves e estudante de direito canónico, ao designar procurador para pedir mil florins novos, em virtude de câmbio feito em Lisboa no dia 5 de Agosto do mesmo ano:

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatercentesimo undecimo, indictione quarta, die veneris, quarto mensis decembris, Padue, in contrata sancte Cecilie, in domo habitationis infrascripti domini episcopi constituentis super sala maiori dicte domus, presentibus honorabilibus viris domino Valascho Roderici et domino Valasco Dominici de Portugalio commensalibus et de familia infrascripti domini episcopi ... testibus ad hec habitis, convocatis et rogatis, reverendus in Christo pater et dominus dominus Fernandus episcopus Silvensis ac illustrissimi principis et excellentissimi domini domini regis Portugalie nepos, studens ad presens Padue in iure canonico et habitans in dicta contracta sancte Cecilie omni modo ... creavit procuratorem ... virum Larionum de Lipaciis de Bardo de Florentia ... ad petendum ... florenos mille novos de Florentia a Philippo de Riciis de Florentia et sociis ... vigore littere cambii facte per Bernardum de Marino, socium ipsius Philippi in Ulisbona die quinto mensis augusti... (55).

A presença de D. Fernando em Bolonha em Maio de 1413 e ao ser transferido da sé de Silves à do Porto em Junho de 1414 e também em Agosto do mesmo ano no doutoramento de Frei Manuel Lourenço de Portugal, de que falámos acima, mostra que tinha acabado já os estudos e seguia então a Cúria Romana, como ele próprio refere na sobredita súplica de 1420. Como dissemos, pelos fins de 1414 procurava-o em Bolonha um emissário de el-rei que o nomeara seu embaixador ao Concílio juntamente com o cardeal arcebispo de Lisboa,

---

(55) ASP, Archv. notar. 2, c. 127v. Publicado por PAOLO SAMBIN, *Ricerche di Storie Monasticha Modioevale*, p. 163, docum. n. XIV.



mas já não se encontrava aí. Nessa altura devia estar a caminho de Portugal, onde residia em 1415, conforme se colhe dos documentos acima transcritos.

Toda esta série de circunstâncias e factos vem provar que D. Fernando Guerra continuou no Estudo de Pádua como aluno de direito canónico ainda como bispo de Silves, depois de ter estudado em Bolonha alguns anos antes dessa nomeação. A idade que tinha então faz-nos ver a impossibilidade de o identificarmos com D. Fernando de Portugal, reitor do Colégio de S. Clemente em 1395 e em 1401, além de nos confirmar na certeza de que não é o D. Fernando de Portugal que se doutorou em direito canónico na Universidade de Bolonha em 1408.

- c) *D. Fernando Afonso, antigo prior claustral de Santa Cruz de Coimbra, prior da igreja de Santa Maria de Arruda, é o reitor do Colégio de S. Clemente dos anos 1395-1396 e 1401-1402, escolar desde 1392.*

O reitor do Colégio de S. Clemente D. Fernando de Portugal deve identificar-se com o cónego regente de Santa Cruz de Coimbra, prior da igreja paroquial de Santa Maria de Arruda dos Vinhos, o qual fora prior claustral do referido mosteiro, antes de tomar posse da sobredita igreja. Seu pai, o prior conventual do mosteiro D. Afonso Martins, custeou as despesas dos estudos em Bolonha. É quanto se infere do testemunho contemporâneo dum cónego do mosteiro:

O prior Dom Afonso teve huum filho que chamavam Fernando Afonso doutor e desenbargador que foy em casa dEIRey e seu padre o manteve per muitos annos em Bollonha a custa do moesteiro. O quall prior geitou a penhor a imagem de Santa Maria da prata e o calez de ouro a huum Rui Diez por certo preço que lhe emprestou pera o manter onrradamente em o estudo de Bollonha e o prior Dom Gonçalo de boa memoria de sempre movido com huum singullar amor e afeição aos danos deste moesteiro moveeo hũa mui grande demanda a ho dicto Rui Diez e tantos dereitos foram alegados por a parte do moesteiro que julgarom aqui per o moesteiro e foram a Bragaa e asy julgarom por o moesteiro e a parte apellou pera Roma ... Este meesmo prior dom Afonso pedio hũa soma douro a Ruy Vasquez Ribeiro pera fazer seu filho doutor em Bollonha e geitou a penhor do dicto ouro hũa cruz douro da samchristia a qual deu EIRey Dom Sancho que jaz em o dicto moesteiro... E veeo FernandAfonso doutor pera Portuguall e veeo per o moesteiro de Santa Cruz e por que o dicto dom Gonçalo soçedera o moesteiro per morte do pay

e por teer cargo o dicto Fernan Afonso doutor das cousas deste moesteiro em casa dElRey lhe deu de vestir e dous cavallos pera elle e per huum escudeiro e dous moços (56).

Diz, portanto, o cronista que Fernando Afonso, após o doutoramento em Bolonha voltou ao mosteiro e foi desembargador de el-rei. Noutra parte das memórias do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra vem repetida a notícia, com o esclarecimento de que o prior do convento, seu pai, tinha já falecido, quando ele regressou e que el-rei D. João I, além de o fazer desembargador, o nomeara seu conselheiro:

O prior dom Afonso tiinha huum filho em Bollonha mantiudo a custa de Santa Cruz e manteveo por muitos annos ataa que foy doutor e este seu filho avia nome Fernando Afonso e foy desenbargador em casa dElRey e asy pera despesa do estudo como pera seer doutor o dicto prior geitou a imagem de Santa Maria da prata a penhor por certo ouro que lhe emprestou huum Ruy Diez morador em esta cidade ... Este prior dom Afonso pedio hũa soma douro emprestado a huum Ruy Vasquez Ribeiro senhor de Figueiroo pera se doutorar Fernam dAfonso filho deste prior... E quando veeo este Fernam dAfonso de Bollonha ja seu pay era finado e veeo per este moesteiro muito esguarro e o prior dom Gonçalo o vestio honrradamente ... E como chegou a casa dElRey foy muito bem recebido ca era huum soficiante leterado e logo o ElRey fez desenbargador e do seu conselho, teendo dom Gonçalo polos beneficios ja recebidos desta casa que punaria por ella e Deus sabe que nom foy asy (57).

O cronista fala também da eleição de D. Fernando Afonso e Pero Anes para prior conventual do mosteiro, a qual fora causa de contrastes e levava D. João I, rei de Portugal, a incumbir o franciscano Frei João de Xira, seu confessor, de obrigar os cônegos a nova eleição, da qual saiu eleito D. Gonçalo, prior da igreja de Tojal da diocese de Lisboa, devido a intervenção da rainha Dona Filipa. Ao dar a notícia da eleição de D. Fernando Afonso, o cronista informa que ele era prior

---

(56) Em ANTÓNIO CRUZ, *Santa Cruz de Coimbra na Cultura Portuguesa da Idade Média*, vol. I: *Observações sobre o «Scriptorium» e os Estudos Claustrais*, Porto 1964, p. 323.

(57) *Ibidem*, pp. 348-349.

de Santa Maria da Arruda dos Vinhos e fora cónego e prior claustral do mosteiro de Santa Cruz, tendo alcançado a posse da igreja por meio da Corte:

O prior dom Gonçallo foy conigo deste [moesteiro] e por sua boa vida que senpre viveo a rrainha Dona Filipa molher que foy dElRey Dom Joham virtuosa e santa molher e em esta pose a tinham os conçelhos de Portugall e ella Rainha sabendo que este prior dom Gonçalo quando era conigo do moesteiro de Santa Cruz vivera mui onestamente e vagando a igreja do Tojall mandoua pedir a dicta Raynha ao prior de Sam Viçente de Lisboa cuiyo o padroado era e deronlho e ella Raynha polo seu boo nome e vida lhe deeo a dicta igreja do Togall e depouys vagou o moesteiro de Santa Cruz e emlegerom os conigos huum Fernam dAfom prior da Arruda que fora conigo e prior clesteiro do moesteiro de Santa Cruz e ouve a dicta igreja per corte. E emlegeram outros conigos em huum Pero Anes que era aqui prior clesteiro e despois per tempo veeo a seer vigairo de Leirea e hy jaz. E este Pero Anes e Fernam dAfom seendo em emleitos ja como dicto he foranse a ElRey Dom Joham cada huum com sua enliçom e huum dise mal a ElRey do outro e o outro do outro em tall maneira que foy mall edificado e pior consolado pollas fautas que cada huum dizia do outro e mandoulhe ElRey Dom Joham per frey Jam Xira seu confesor anbos de dous que El Rey fora e era mui mall contente de suas inliçooens por muitos vituperios que anbos diziam em muito seu desfazimento e que logo se partisem e se veessem ao moesteiro e todos em senbra disesem hũa missa aa onrra do Espiritu Santo muito devotamente e logo entrasem juntamente em seu Cabiidoo e que lhe apresentaseem huum com todas as vozes dos conigos e que elle lhe daria suas supricaçooens pera o Santo Padre. E que açerqua deste moesteiro elle tiinha ja escripto aos seus portugueses que estam em corte de Roma que nenhuum nom se trabalhase que gaanhase o seu moesteiro de Santa Cruz e que fose muito çerto que o que fezese o contrairo que nunca tomeria o moesteiro nem averia a pose. E os sobredictos conigos compriram com muito booa voontade o que lhe mandou o dicto Rey e dicta a missa do Espiritu Santo logo entrarom em seu capitollo todos e todos em huum coração e em hũa voz fezerom sua enliçom em o prior dom Gonçalo que aquelle tempo era prior do Tojall (58).

Vem confirmar estas notícias documentação pontificia relativa às contendas sobre a aceitação e posse do priorado da igreja de Santa Maria da Arruda dos Vinhos. Dela consta efectivamente que D. Fernando Afonso fora prior claustral de Santa Cruz de Coimbra em 1395

---

(58) *Ibidem*, pp. 342-343.

ou mesmo em 1397, quando tomou posse da igreja, embora tivesse de litigar na Cúria com dois cónegos regrantes do mosteiro de S. Vicente de Fora, seus adversários, até 18 de Novembro de 1397, data em que Bonifácio IX, de acordo com os contendentes, se pronunciou definitivamente a favor de D. Fernando Afonso, precisamente a instâncias de D. João I, rei de Portugal. Consta também que D. Gonçalo foi de facto prior conventual de Santa Cruz desde os princípios do pontificado de Martinho V e que fora antes prior da igreja do Tojal.

O primeiro documento pontifício data de 3 de Agosto de 1395. Trata-se de letras de Bonifácio IX, dirigidas ao mestre-escola do Porto, a encarregá-lo de conferir a D. Fernando Afonso, prior castreiro de Santa Cruz de Coimbra, uma igreja vacante ou a vagar, pertencente aos mosteiros de Santa Cruz ou de S. Vicente de Fora ou de Folques, após exame sobre a sua idoneidade. Conseguida tal igreja, D. Fernando devia resignar imediatamente ao ofício de prior claustral de Santa Cruz e passar ao mosteiro de S. Vicente de Fora ou de Folques, se a igreja pertencesse a algum destes mosteiros:

Bonifatius, etc. Dilecto filio Scolastico ecclesie Portugalensis. Salutem, etc. Dignum arbitramur, etc. Cum itaque in diversis civitatibus et diocesibus sint nonnullae parrochiales ecclesie per canonicos ordinis sancti Augustini gubernari consuete, ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem dilectorum filiorum sancte Crucis Colimbriensium ac sancti Vincentii de Fora Ulixboneñ necnon de Folquis Colimbriensis diocesis monasteriorum dicti ordinis per priores gubernari solitorum, priorum et conventuum communiter vel divisim pertinentes fore noscantur, Nos volentes dilectum filium Fernandum Alfonsi, priorem claustralem dicti monasterii sancte Crucis, apud nos de vite et morum honestate aliisque virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si per diligentem examinationem eundem Fernandum bene legere, bene construere et bene cantare ac congrue loqui latinis verbis et alias ydoneum ad unam de dictis parrochialibus ecclesiis obtinendum esse reppereas, vel etiam si dictus Fernandus non bene cantare, dummodo in tuis manibus iuret ad sancta Dei evangelia quod infra annum a tempore examinationis huiusmodi computandum bene cantare addiscet, super quibus tuam conscientiam oneramus, unam de dictis parrochialibus ecclesiis ... si qua vacat ad presens vel cum vacaverit, quam dictus Fernandus per se vel procuratorem suum ... duxerit acceptandam, conferendam eidem Fernando post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi tue auctoritate nostra reserves ... Volumus autem quod ipse Fernandus quamprimum vigore presentium ecclesiam pre-

dictam fuerit pacifice assecutus, dictum prioratum quem ut prefertur obtinet quemque ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Augusti, anno sexto (59).

Em virtude destas letras de 3 de Agosto de 1395, D. Fernando Afonso aceitou a igreja de Santa Maria de Arruda dos Vinhos, pertencente ao mosteiro de S. Vicente de Fora, vacante por morte do reitor Vicente Domingues, sem alcançar, contudo, a provisão dentro dum mês, conforme era prescrito. Teve, por isso, de recorrer ao papa que, por letras de 5 de Setembro de 1396, o absolveu de qualquer inabilidade ou infâmia ocorrida por tal motivo. Entretanto, por mera formalidade, como veremos, impunha-lhe o papa a dimissão da igreja:

Bonifatius, etc. Dilecto filio Fernando Alfonsi, canonico monasterii sancte Crucis Colimbrieni ordinis sancti Augustini Ulixbonei. Salutem, etc. Sedes apostolica, pia mater, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se propitiam exhibet et benignam. Dudum siquidem, cum in diversis civitatibus et diocesis essent nonnullae parochiales ecclesie per canonicos ordinis sancti Augustini gubernari consueve, ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem dilectorum filiorum sancte Crucis Colimbrieni et sancti Vincentii de Fora Ulixbonei necnon de Folquis Colimbriensis diocesis monasteriorum dicti ordinis per priores solitorum gubernari, priorum et conventuum communiter vel divisim pertinentes, Nos tibi tunc priori dicti monasterii sancte Crucis de una ex parochialibus ecclesiis, cuius fructus, redditus et proventus centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annum non excedunt, vacante vel vacatura gratiose concessimus provideri et si nichilominus huiusmodi ecclesia, de qua tibi provideri contingeret, a sancti Vincentii vel de Folquis monasteriis predictis dependeret, quam primum ipsam ecclesiam fores pacifice assecutus, te de predicto monasterio sancte Crucis, cuius canonicus etiam expresse professus existebas, prout existis, ad illud ex aliis monasteriis predictis, a quo dicta ecclesia ut prefertur dependeret, volumus transferri et deinde, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, parochiali ecclesia sancte Marie de Arruda Ulixbonensis diocesis, quam quondam Vincentius Dominici, ipius ecclesie rector, dum viveret obtinebat, per ipsius Vincentii obitum qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, tu eandem ecclesiam sic vacantem et ad collationem dictorum prioris et con-

---

(59) AV, Reg. Lat. 38, fl. 69v-70.

ventus monasterii sancti Vincentii dumtaxat pertinentem et per canonicos dumtaxat ipsius monasterii sancti Vincentii gubernari consuetam, huiusmodi concessionis gratie vigore litteris apostolicis super ea nondum tunc confectis, infra tempus legitime acceptasti et subsequenter, litteris apostolicis super huiusmodi concessionis gratia confectis, de predicta ecclesia sic ut premittitur vacante, pretextu litterarum huiusmodi, non tamen infra mensem a data huiusmodi acceptationis computandum, prout ut iuxta quamdam ordinationem nostram super hoc editam tenebaris, quamvis huiusmodi concessionis gratia necnon acceptatio iuxta ordinationem predictam essent casse et irritae, tibi provideri fecisti, licet de facto ac pretextu litterarum acceptationis et provisionis huiusmodi ecclesiam illam assecutus, illam ex tunc detenuisti, prout detines, fructus percipiendo ex eadem similiter de facto. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut providere tibi et statui tuo super hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes te alias apud nos de religionis zelo, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per te, premissorum occasione, contractam auctoritate apostolica, tenore presentium penitus abolemus. Volumus autem quod predictam ecclesiam ex nunc realiter et omnino dimittas. Nulli ergo, etc. nostre abolitionis et voluntatis infringere, etc. Si quis autem, etc.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, Nonis Septembris, anno septimo (60).

No mesmo dia 5 de Setembro de 1396, em letras dirigidas ao bispo de Badajoz, ao prior de S. Vicente de Fora e ao mestre-escola do Porto, depois de narrar o conteúdo das letras precedentes, encarrega-os o papa de darem a instituição canónica da igreja a D. Fernando Afonso, caso ele não fosse intruso, e de o transferirem para o mosteiro de S. Vicente de Fora:

Bonifatius, etc. Venerabili fratri episcopo Pacensi et dilectis filiis priori sancti Vincentii extra muros antiquos Ulixboneñ ac Scolastico ecclesie Portugalensis. Salutem, etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Fernandus Alfonsi, canonicus monasterii sancte Crucis Colimbrieñ ordinis sancti Augustini fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem, cum in diversis civitatibus et diocesis essent nonnullae parrochiales ecclesie per canonicos dicti ordinis gubernari consuete, ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem dilectorum filiorum sancte Crucis, sancti Vincentii

---

(60) AV, Reg. Lat. 40, fl. 242.

de Fora Ulixbonefi necnon de Folquis Colimbriensis diocesis monasteriorum dicti ordinis per priores solitorum gubernari, priorum et conventuum communiter vel divisim pertinentes, Nos eidem Fernando de una ex huiusmodi parrochiis ecclesiis ... vacante vel vacatura gratiose concessimus provideri et nichilominus, si huiusmodi ecclesia, de qua sibi provideri contingeret, a sancti Vincentii vel de Folquis monasteriis predictis dependeret, quamprimum ipsam ecclesiam foret pacifice assecutus, eum de predicto monasterio sancte Crucis, cuius canonicus etiam expresse professus existebat, prout existit, ad illud ex aliis monasteriis predictis, a quo dicta ecclesia ut prefertur dependeret, voluimus transferri. Hodie vero pro parte ipsius Fernandi nobis exposito quod postmodum parrochiali ecclesia sancte Marie de Arruda Ulixbonensis diocesis, quam quondam Vincentius Dominici, ipsius ecclesie rector, dum viveret obtinebat, per ipsius Vincentii obitum qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum vacante, prefatus Fernandus eandem ecclesiam sic vacantem et ad collationem dictorum prioris et conventus monasterii sancti Vincentii dumtaxat pertinentem et per canonicos ipsius monasterii sancti Vincentii gubernari consuetam, huiusmodi concessionis gratie vigore, litteris apostolicis super ea tunc non confectis, infra tempus legitime acceptarat et quod subsequenter, litteris apostolicis super huiusmodi concessionis gratia confectis, de predicta ecclesia sic ut premittitur vacante, pretextu litterarum huiusmodi, non tamen infra mensem a data huiusmodi acceptationis computandum, prout ut iuxta quamdam ordinationem nostram super hoc editam tenebatur, quamvis huiusmodi concessionis gratia necnon acceptatio iuxta ordinationem predictam essent casse et irritae, sibi provideri fecerat, licet de facto ac pretextu litterarum acceptationis et provisionis huiusmodi ecclesiam ipsam assecutus, illam ex tunc detenuerat prout detinebat, fructus percipiendo ex eadem simpliciter de facto. Nos omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eundem Fernandum, premisorum occasione, contractam auctoritate apostolica per alias nostras litteras abolevimus et voluimus quod ipse Fernandus predictam ecclesiam ex tunc realiter et omnino dimitteret, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum itaque secundum premissa dicta ecclesia adhuc ut prefertur vacare noscatur, Nos volentes dicto Fernando, premissorum meritorum suorum intuitu, gratiam facere specialem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios ecclesiam predictam, cuius fructus, redditus et proventus centum librarum Turonensium parvorum secundum communem estimationem valorem annum, ut ipse Fernandus asserit, non excedunt ... dummodo ipse Fernandus in dicta ecclesia sancte Marie intrusus non fuerit et tempore dat. presentium non sit in ea alicui specialiter ius quesitum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefato Fernando, postquam realiter et omnino dimiserit ut prefertur, auctoritate nostra conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesie iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, et nichilominus eundem Fernandum quamprimum ecclesiam ipsam fuerit vigore presentium pacifice assecutus, de predicto monasterio sancte Crucis ad pre-

fatum monasterium sancti Vincentii auctoritate predicta transferatis ipsumque inibi recipi faciatis in canonicum et fratrem...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, Nonis Septembris, anno septimo (61).

A 1 de Setembro de 1396, começando por referir as disposições das letras anteriores, Bonifácio IX diz que o mestre-escola do Porto João Martins proveu de facto D. Fernando Afonso da igreja de Santa Maria de Arruda, mas surgira entretanto litígio entre ele e os cónegos do mosteiro de S. Vicente João Lopes e João Anes quanto aos direitos à mesma. Fora encarregado da causa na Cúria o ouvidor pontifício mestre Tiago Steube que pronunciou sentença definitiva a favor de João Lopes, atribuindo a este a igreja e impondo silêncio aos demais. D. Fernando Afonso apelou para o papa, o qual incumbiu mestre Luís Aber, ouvidor do sacro palácio, de solucionar a questão. O ouvidor começou a conhecer a causa. Entretanto D. Fernando recorreu ao papa, pedindo a sua intercessão, por só ter recebido a provisão da igreja após o prazo dum mês a contar da aceitação, contra as determinações do papa. A instâncias de el-rei de Portugal, Bonifácio IX concedeu-lhe que a aceitação e provisão da igreja tivessem pleno valor a partir dessa data e que D. Fernando continuasse a reter licitamente a igreja que o ouvidor podia atribuir-lhe, como se a provisão tivesse ocorrido dentro do prazo requerido dum mês:

*Bonifatius, etc. Dilecto filio Fernando Alfonsi, canonico monasterii sancte Crucis Colimbrieñi, ordinis sancti Augustini. Salutem, etc. Religionis zelus ...Dudum siquidem videlicet iiii Kalendas Maii, pontificatus nostri anno quinto inter cetera ordinavimus ac etiam voluimus quod ex tunc deinceps quicumque vigore gratiarum expectatarum acceptarent quecumque beneficia ecclesiastica secularia vel regularia cum cura vel sine cura, tenerentur et deberent infra unius mensis spatium, a tempore huiusmodi acceptationis computandum, de huiusmodi beneficiis per eos ut prefertur acceptatis facere sibi per suos executores vel subexecutores provideri, alioquin, lapso dicto mense, huiusmodi acceptationes per eos facte et quecumque inde secuta ac etiam huiusmodi gratie, quarum vigore acceptationes ipse forent facte ac processus per eas habiti et quecumque inde secuta eo ipso essent cassa et irrita nullisque roboris vel momenti. Et deinde videlicet tertio Nonas Augusti, pontificatus eiusdem anno sexto, cum in diversis civitatibus et diocesisibus nonnulla par-*

---

(61) AV, Reg. Lat. 40, fl. 242v-244.



rochiales ecclesie per canonicos ordinis sancti Augustini gubernari consuete, ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem dilectorum filiorum sancte Crucis Colimbrieñ et sancti Vincentii de Fora Ulixboneñ necnon de Folquis Colimbriensis diocesis monasteriorum dicti ordinis per priores solitorum gubernari, priorum et conventuum communiter vel divisim pertinentes, Nos tunc volentes te favore prosequi gratioso, dilecto filio Scolastico ecclesie Portugalensis, eius proprio nomine non expresso, nostris dedimus litteris in mandatis ut, si per diligentem examinationem te sub certis modo et forma tunc expressis ad hoc ydoneum esse repperiret, unam ex huiusmodi ecclesiis, cuius fructus, redditus et proventus centum et quinquaginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime valorem annum non excederent, si qua tunc vacaret, quam infra certi temporis spatium acceptares, conferendam tibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi sue auctoritate nostra reservaret ac nichilominus ipsam ecclesiam quam reservaret, si tunc, ut premittitur, vacabat vel cum vacaret, tibi post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eadem auctoritate conferret et assignaret. Et insuper te, si huiusmodi ecclesia, de qua tibi vigore dictarum litterarum provideri contingeret, a sancti Vincentii vel de Folquis monasteriis antedictis dependeret, quam primum ipsam ecclesiam fores pacifice assecutus, de dicto monasterio sancte Crucis, cuius canonicus etiam expresse professus existebas, ad illud ex aliis monasteriis predictis, a quo ecclesia ipsa ut prefertur dependeret, eadem auctoritate transferret, faciens te in eodem monasterio ad quod transfereris in canonicum recipi et fratrem... Et subsequenter, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, parrochiali ecclesia sancte Marie de Arruda Ulixbonensis diocesis, quam quondam Vincentius Dominici, eiusdem ecclesie rector, dum viveret obtinebat, per ipsius Vincentii obitum, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, tu vigore dictarum litterarum nondum repertus ydoneus nec eis supradicto Scolastico presentatis, pretextu litterarum ipsarum eandem ecclesiam sancte Marie sic vacantem et ad collationem ipsorum prioris et conventus monasterii sancti Vincentii communiter pertinentem ac per ipsius monasterii sancti Vincentii canonicos gubernari consuetam, alias infra tempus legitimum acceptasti eamque pretextu solius acceptationis huiusmodi assecutus fuisti et successive, litteris ipsis per te dilecto filio Johanni Martini, scolastico ecclesie Portugalensis predictae, presentatis, idem Johannes Scolasticus tibi, per eum reperto ydoneo, de dicta ecclesia sancte Marie ut premittitur vacante providit. Postmodum vero, orta inter te et dilectos filios Johannem Lupi ac Johannem Johannis, canonicos dicti monasterii sancti Vincentii, super ecclesia sancte Marie predicta, quam tu vigore litterarum acceptationis et provisionis predictarum ad te, Johannes vero Lupi et Johannes Johannes prefati, quilibet videlicet eorum, sibi de ecclesia ipsa auctoritate apostolica provisum fuisse ac eam ad se de iure spectare asserabatis, prout asseritis, materia questionis, Nos causam huiusmodi, non obstante quod de sui natura ad dictam Curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, dilecto filio magistro Jacobo Steube, capellano nostro et causarum

palatii apostolici auditori, ad instantiam dicti Johannis Lupi audiendam commisimus et fine debito terminandam idemque auditor in huiusmodi causa procedens, diffinitivam, per quam inter cetera ecclesiam ipsam Johanni Lupi adiudicavit et super ea tibi ac etiam Johanni Johannis prefatis perpetuum silentium imposuit cum condemnatione fructuum et expensarum, sententiam promulgavit, a qua pro parte tua fuit ad sedem apostolicam appellatum nosque causam appellationis huiusmodi dilecto filio magistro Ludovico Aber, capellano nostro et causarum dicti palatii auditori audiendam commisimus et fine debito terminandam, idemque Ludovicus auditor ad nonnullos actus in causa huiusmodi dicitur processisse. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, huiusmodi provisio de dicta ecclesia sancte Marie tibi ut premittitur facta non infra mensem a tempore dicte acceptationis, prout iuxta nostram ordinationem et voluntatem predictas fieri debebat, sed dudum postea factum fuerat, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut providere tibi super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes te, premissorum meritorum tuorum necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Johannis Portugalie et Algarbii regis illustris, super hoc pro te dilecto suo humiliter supplicantis, favoribus prosequi gratiosis, huiusmodi supplicationibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus quod littere ac processus habiti per easdem necnon acceptatio et provisio et alia predicta et quecumque inde secuta perinde ab earum data valeant plenamque obtineant roboris firmitatem tuque ipsam ecclesiam sancte Marie, cuius fructus, redditus et proventus centum et quinquaginta librarum dicte monete secundum communem estimationem valorem annum, ut asseris, non excedunt, ulterius licite retinere valeas dictusque Ludovicus auditor eandem ecclesiam sancte Marie tibi adiudicare possit et debeat ac si provisio huiusmodi infra mensem a tempore dicte acceptationis computandum, facta fuisset tuque dictam ecclesiam non solum acceptationis, sed etiam litterarum et provisionis predictarum vigore assecutus extitisses, ordinatione et prima nostra voluntate et sententia predictis et quibuscumque aliis ordinationibus ac constitutionibus apostolicis contrariis ceterisque omnibus non obstantibus que in eisdem litteris volumus non obstare ...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, Kalendis Septembris, anno octavo (62).

A 18 de Novembro de 1397, foi a causa definitivamente arrumada. D. Fernando Afonso entrou na posse de todos os direitos, porque o papa, chamando a si a causa, impôs perpétuo silêncio a João Lopes, embora sem prejuízo das concessões que lhe foram feitas, quando a igreja viesse a vagar outra vez:

Bonifatius, etc. Ad futuram rei memoriam. Ad hoc libenter intendimus... Olim siquidem videlicet xvii Kalendas Decembris, pontificatus nostri

---

(62) AV, Reg. Lat. 44, fl. 68v-70v.

anno primo, dilecto filio Johanni Lupi, canonico monasterii sancti Vincentii Ulixboneñ, ordinis sancti Augustini, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura consueto per canonicos eiusdem monasterii gubernari ad collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem dilectorum filiorum prioris et conventus dicti monasterii per priorem soliti gubernari comuniter vel divisim pertinente, vacante vel vacaturo, per nostras litteras gratiose mandavimus provideri, prout in eisdem litteris plenius continetur. Postmodum vero, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Johannis ac etiam dilecti filii Fernandi Alfonsi, canonici monasterii sancte Crucis Colimbrieñ dicti ordinis, petitio continebat, orta inter eos ac etiam dilectum filium Johannem Johannis, canonicum predicti monasterii sancti Vincentii, super parochiali ecclesia sancte Marie de Arruta Ulixbonensis diocesis, quam tunc per obitum quondam Vincentii Dominici, eiusdem ecclesie rectoris, prioris nuncupati, extra Romanam Curiam defuncti, vacantem Johannes Lupi se predicatarum, Fernandus vero ac Johannes Johannis prefati, quilibet videlicet eorum, se quarundam aliarum nostrarum litterarum gratiose sibi concessarum vigore, prout ex earum forma se posse dicebant, infra tempus legitimum acceptasse et de illa sibi provisum fuisse, ipseque Fernandus se illam vigore suarum acceptationis et provisionis huiusmodi assecutum exitisse canonice ipsamque aliquamdiu tenuisse et possedisse et nunc etiam tenere et possidere pacifice et quiete dictosque Johannem Lupi et Johannem Johannis se acceptationi et provisioni eiusdem Fernandi necnon assecutioni huiusmodi contra iustitiam opposuisse et opponere ac fecisse et facere quominus idem Fernandus ecclesiam predictam posset pacifice possidere, Johannes vero Lupi ac Johannes prefati, quilibet videlicet eorum, ecclesiam ipsam ad se de iure spectare asserabant, prout idem Fernandus adhuc asserit, materia questionis, Nos causam huiusmodi, non obstante quod de sui natura ad dictam Curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, dilecto filio magistro Jacobo Steube, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, ad instantiam dicti Johannis Lupi audiendam commisimus et fine debito terminandam, idemque auditor in huiusmodi causa procedens, diffinitivam, per quam inter cetera eandem ecclesiam Johanni Lupi adiudicavit et super ea Fernando et Johanni Johannis prefatis perpetuum silentium imposuit, sententiam promulgavit, a qua pro parte ipsius Fernandi dumtaxat fuit ad sedem apostolicam appellatum, Nosque causam appellationis huiusmodi dilecto filio magistro Ludowico Aber, capellano nostro et auditori causarum dicti palatii, audiendam commisimus et fine debito terminandam, idemque Ludovicus auditor ad nonnullos actus in causa huiusmodi inter partes easdem dicitur processisse. Nos igitur liti et cause celerem finem imponere volentes ac statum cause huiusmodi habentes presentibus pro expresso, ipsamque causam de consensu etiam prefati Johannis Lupi ad nos tenore presentium advocantes, eidem Johanni super dicta ecclesia necnon lite et causa huiusmodi auctoritate apostolica, ex certa scientia, perpetuum silentium imponimus eumque ab eadem ecclesia necnon ab omni iure, sibi in ea seu ad eam quomodolibet competenti, amovemus, per hoc autem eidem Johanni Lupi quominus ipse dictam ecclesiam, cum eam

vacare contigerit vel aliud beneficium ad presens vacans vel imposterum vacaturam alias ei vigore dictarum litterarum sibi, ut premittitur, concessarum debitam vel debitum acceptare ac de illa vel de illo sibi provideri facere ac [illam], illum vel illud recipere et retinere libere et licite possit, nullum volumus preiudicium generari...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, quartodecimo Kalendas Decembris, anno nono (63).

Para compensar João Lopes que deu consentimento à decisão definitiva e favorável a D. Fernando Afonso quanto à igreja de Santa Maria de Arruda, Bonifácio IX concedeu-lhe, a 11 de Dezembro de 1397, a graça de poder conseguir um benefício, mesmo com cura de almas, pertencente à colação do prior e mosteiro de Santa Cruz de Coimbra (64).

De toda esta descrição de documentos pontifícios e fontes portuguesas se infere que D. Fernando Afonso começou os estudos de direito como cônego regente e prior castreiro de Santa Cruz de Coimbra, vindo a terminá-los na qualidade de reitor ou prior da igreja de Santa Maria da Arruda dos Vinhos. Entretanto, é muito provável obtivesse o indulto de dispensa da residência pessoal no benefício, por motivo dos estudos, e depois como desembargador e conselheiro de el-rei de Portugal. Regressado ao mosteiro, após a morte do pai, e sendo eleito prior conventual do mesmo, sem conseguir a confirmação, como refere o cronista contemporâneo, é natural continuasse a usufruir de tal indulto.

Na era de 1433 anos ou seja em 1395, *FernadAfonso priol clasteiro do moesteiro de Sancta Cruz de Coimbra que depois foy priol de Sancta Maria dAarruda*, tornou a Regra de Santo Agostinho *asy texto como grossa de latym em linguagem*. O prior começou e terminou a tradução no ano de 1395: *Esta obra ffoy acabada e começada en no anno da E<sup>a</sup> de mil e iiii e XXX e tres annos* (65).

A não ser que tivesse lugar no Estudo de Bolonha, a tradução

---

(63) AV, Reg. Lat. 59, fl. 199v-200v.

(64) AV, Reg. Lat. 59, fl. 201-202.

(65) Cf. ANTÓNIO CRUZ, *Santa Cruz de Coimbra na Cultura Portuguesa da Idade Média*, vol. I: *Observações sobre o «Scriptorium» e os Estudos Claustrais*, p. 112-113.

poderia ter sido feita durante algumas férias, de passagem pelo mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, como passamos a ver.

D. Fernando, indicado como reitor do Colégio de S. Clemente de Bolonha nos anos de 1395, 1396 e 1401-1402 pelo *Liber I Admissionum*: «1395 Ferdinandus de Portugalia, rector, 1396, 1401» —, ingressou no mesmo como escolar a 28 de Abril de 1392: «Mccclxxxii, indictione xvi, die vigesima octava mensis Aprilis. Dominus Ferdinandus de Portugalia receptus per supradictum rectorem [Fernandum de Palatiis], ut patet in matrichula ex sua rexeptione» (66).

Na qualidade de reitor, recebeu a 6 de Outubro de 1395 Afonso de Samora, e a 10 de Dezembro do mesmo ano a Pedro de Córdova, mas já em 20 de Novembro de 1396 aparece Pedro de Burgos como reitor na admissão de Afonso de Oviedo:

Mccclxxxv, indictione tertia, die sexto mensis Octubris. Dominus Alfonsus de Zamora fuit receptus in scolarem dicti collegii tempore domini Fernandi de Portugalia, rectoris dicti collegii, prout patet in matricula antiqua.

Mccclxxxv, indictione tertia, die decima mensis Decembris. Dominus Petrus de Corduba fuit receptus in scolarem dicti collegii tempore domini Fernandi de Portugalia, rectoris dicti collegii, prout patet in matricula antiqua. Qui dominus Petrus stetit extra collegium suis suntibus tempore mortalitatis cum licentia domini episcopi per quinque menses et octo dies.

Mccclxxxvi, indictione quarta, die vigesima mensis Novembris. Dominus Alfonsus Ovetensis fuit receptus in scolarem dicti collegii tempore domini Petri de Burgis, rectoris, prout patet in matricula antiqua (67).

São mais numerosas as notícias relativas às admissões durante o reitorado do nosso D. Fernando de 1401 a 1402. A 13 de Setembro, 22 de Outubro, 26 de Outubro, 23 de Novembro de 1401 e 24 de Janeiro de 1402 (68), admitiu ao Colégio respectivamente João Anes

---

(66) Arq. do Colégio de Espanha de Bolonha, *Liber I Admissionum*, folha sem numerar, no início. *Lib. I Adm.*, fl. 1.

(67) Arq. do Colégio de Espanha de Bolonha, *Lib. I Adm.*, fl. 2.

(68) No *Lib. I Admissionum*, fl. 7v, onde vem a notícia, tanto o ano como a *indictio* correspondem ao ano de 1401. O facto, porém, de as admissões de estudantes durante o reitorado de D. Fernando Portugal virem aí ordenadas cronologicamente leva-nos a optar pelo ano de 1402. E assim foi realmente interpretado pelo autor das notas marginais de tempo posterior: «Receptio domini Johannis de sancta Juliana diocesis Burgensis facta die 24 Ianuarii 1402 ad prebendam Iuris Canonici pertinentem ad Principem familiae Albornotianae».

de Salamanca, Bartolomeu Vidal do reino de Valência, Pedro Sanchez de Gomera do reino de Castela, Afonso de Liñano do reino de Aragão e João de Santa Juliana da diocese de Burgos:

Receptiones tempore domini Fernandi de Portugalia rectoris, etc. Mcccii, indictione nona, die decima tertia mensis Septembris, tempore, etc. Venerabilis vir dominus Fernandus de Portugalia, rector collegii Yspanorum, de consensu suorum consiliariorum recepit dominum Johannem Johannis de Salamanticha ad canones audiendos vigore literarum suarum episcopi et capituli ecclesie Burgensis, qui dominus Johannes fuit solepniter examinatus secundum formam Statutorum dicti collegii. Ac etiam iuravit in manibus dicti domini rectoris obedire in licitis et honestis et observare statutum trigesimum sestum, etc. Rogans dictus dominus rector ut de predictis publicum conficiam instrumentum, etc. Actum Boñ in contracta sancte Marie de Muradelis, in camera habitationis dicti domini rectoris, presentibus domino Alfonso de Oveto, domino Antonio de Alva et Symone Zermam de Alamania, testibus, etc. Nota et rogatio mei Petri condam Symonis de Camera notarii.

Tempore domini Fernandi de Portugalia. In Christi nomine amen. Mcccii, indictione nona, die xxii mensis Octubris, tempore pontificatus domini Bonifatii pape noni. Venerabilis et discretus vir dominus Fernandus de Portugalia, honorabilis rector collegii yspanorum domini Sabinensis de Boñ, de consensu, presentia et voluntate suorum consiliariorum recepit dominum Bartolomeum Vitalis de regno Valentie de Yspania ad medicinam audiendam vigore literarum suarum emanatarum ab archiepiscopo Cexeragustano una cum eius capitulo. Qui magister Bartolomeus solepniter fuit examinatus per dictum rectorem et eius consiliarios secundum formam Statutorum, etc. Qui dominus Bartolomeus iuravit in manibus dicti domini rectoris ad sancta Dei evangelia manu tactis scripturis obedire dicto domino rectori sive eius subcessoribus in licitis et honestis ac etiam observare statutum trigesimum sestum secundum formam dictorum Statutorum ac etiam iuravit se non posse habere de apart. ultra l. florenos auri, etc. Promisit dictus magister Bartolomeus ac iuravit procurare utilitatem dicti collegii, etc. Promisit dictus dominus rector presentem receptionem firmam habere ac rogavit ut de predictis publicum conficiam instrumentum. Acta predicta in cap. dicte ecclesie in sacrestia, presentibus domino Egidio de Aragonia, domino Alfonso de Mena, qui dixit etc. domino Johanne de Salamanticha, scolariibus dicti collegii, testibus, etc. Nota mei Petri condam Symonis de Camera, notarii dicti collegii. Millesimo quatringsesimo primo, indictione nona, die vigesimo sexto mensis Octubris, pontificatus etc. Venerabilis vir dominus Fernandus de Portugalia, rector scoliarium collegii domus Yspanorum de Boñ, de consensu, presentia et voluntate omnium suorum consiliariorum recepit in scolarem dicti collegii dominum Petrum, filium Pasquaxii Santii de Ghomera, regni Chastelie, ad sacros canones audiendos vigore literarum suarum videlicet cardinalis amistratoris ecclesie Oxomensis, etc. Qui dominus Petrus solepniter fuit examinatus secundum formam dictorum Statutorum, etc. Qui dominus Petrus

iuravit, etc. Actum Boñ in contracta sancte Marie de Muradelis in dicto collegio, in camera dicti domini rectoris, presentibus magistro Egidio de Darocha, domino Johanne Martini, Jebardo chaneparo dicti collegii, testibus.

Mcccici, indictione nona, die vigesimo tertio mensis Novembris, pontificatus, etc. Sapiens vir dominus Fernandus de Portugalia, rector scholarium collegii domus Yspanorum de Boñ, recepit dominum Alfonsum de Lignano, filium Petri regni Aragonie, in scolarem dicti collegii ad sacros chanoes audientes vigore literarum suarum archiepiscopi et capituli ecclesie Cexaragustane, etc. primis facta de dicto domino Alfonso solempni examinatione secundum formam Statutorum dicti collegii, etc. Qui dominus Alfonsus iuravit in manibus dicti rectoris obedire (*sic*) Statuta dicti collegii, etc. et specialiter statutum trigesimum sestum, etc. Actum Boñ in contracta sancte Marie de Muradelis, in dicto collegio, in camera dicti domini rectoris, presentibus domino Rodoricho de Anduxar., domino Antonio de Alba, domino Martino de Sogorbe, testibus, etc.

Mcccic[i], indictione nona (*sic*), die xxiii mensis Januarii, tempore pontificatus, etc. Dominus Fernandus de Portugalia, rector scholarium collegii domus Yspanorum de Boñ, recepit dominum Johannem de sancta Juliana diocesis Burgensis in scolarem dicti collegii ad chanoes audiendos vigore literarum suarum domini Gharsie Alvares de Albornoto maiorisdomo, etc. prius facta examinatione de ipso, etc. ut supra. Qui iuravit, etc. ut supra. Actum Boñ in contracta sancte Marie de Muradelis, in dicto collegio, in camera dicti rectoris, presentibus domino Rodoricho de Sybilia, domino Antonio de Alva, Symone de Alamania, testibus, etc. (69).

Aparece apenas como testemunha D. Fernando de Portugal a 6 e 14 de Maio de 1402, durante o reitorado de Gil de Aragão, a atestar a licença para se ausentarem do Colégio, concedida respectivamente a Garcias de Palência, Pedro de Pretexa e João de Salamanca e a Rodrigo de Sevilha e Pascual de Daroca. Ele mesmo beneficiou de idêntica licença por dois anos, outorgada pelo sobredito reitor a 12 de Outubro de 1402, tendo-a ele próprio, como reitor, concedido a 18 de

---

(69) Arquivo do Colégio de Espanha de Bolonha, *Liber I Admisionum*, fl. 5-7v. No *Livro de Contabilidade*, n. 4, fl. 11v, vem a seguinte notícia: «Item die xxv mensis novembris, rector et consilarii extraserunt de capxa communi libram unam et solidos quindecim, denarios duos, quos assignavimus procuratori videlicet unam libram et solidos quatordecim pro domino Fernando de Portugalia infirmo pro suo residuo et unum solid. et duos denarios pro feriis pro aptando studium Alfonsy, canonici Ovetensis...»

Setembro de 1401 e a 22 de Janeiro de 1402, respectivamente a Pedro de Sevilha e a Afonso de Mena:

Mcccic<sup>o</sup>, indictione nona, die xviii mensis Septembris. Dominus Petrus de Sybilia, volens gaudere licentia domini episcopi, de qua supra fit mentio, volens recedere ad partes pro suis factis peragendis, habuit licentiam, prout patet in eius licentia, qui recessit die xviii Septembris. Et similiter de consensu domini Fernandi rectoris et suorum consiliariorum recessit, presentibus Stephano ser Juliani notario, domino Egidio de Aragonia, domino Martino de Valentia, testibus, etc. Mcccii, indictione x, die xi mensis Junii, fuit reversus ad collegium dictus dominus Petrus de Sybilia, tempore domini Egidii de Aragonia «*sic*», magnifici et honorabilis rectoris collegii Yspanorum. Mcccii, indictione x, xxii mensis Januarii. Dominus Alfonsus de Mena, volens gaudere licentia domini episcopi de Boñ, habuit licentiam recedendi ad partes ut supra.

Mcccii, indictione x, die vi mensis Maii. Domini Gharsias de Palentia, dominus Petrus de Pretexa et dominus Johannes Salamantichus, omnes scolares collegii Yspanorum, de licentia supradicti domini episcopi recesserunt ad partes. Et similiter de licentia domini Egidii de Ragonia et suorum consiliariorum fuit eis concessa, etc. Presentibus domino Fernando de Portugalia, domino Johanne de sancta Juliana, testibus, etc.

Mcccii, indictione x, die xiiii mensis Maii, tempore pontificatus, etc. Dominus Rodoricus de Sybilia, studens in medicina, dominus Pasqualis de Darocha, anbo scolares collegii Yspanorum, volentes gaudere licentia eis concessa per dominum episcopum Boñ, de qua supra fit mentio, volentes recedere ad partes pro suis negotiis peragendis, de consensu domini Egidii de Aragonia, rectoris dicti collegii, et suorum consiliariorum habuerunt licentiam et recesserunt ad partes, pactis et modis in suis licentiis datis et prout aliis datis, rogantes me notarium ut de predictis conficiam instrumentum. Acta predicta in sacrestia chapelle, presentibus domino Fernando de Portugalia et domino Johanne de Algegira, testibus, etc. ...

Millesimo quatringsesimo secundo, indictione decima, die duodecimo mensis Octubris, tempore pontificatus, etc. Venerabilis vir dominus Egidius de Aragonia, rector scholarium collegii domus Yspanorum de Boñ, de consensu suorum consiliariorum, vigore licentie date scholaribus dicti collegii, volentibus se absentare a dicto collegio per constitutionem domini episcopi, ut supra fit mentio, secundum formam eiusdem constitutionis, concessit una cum suis consiliariis licentiam per biennium, in quantum in eis est, domino Fernando de Portugalia, postulanti et volenti se absentare a dicto collegio, vigore supradicte constitutionis pro ipsius collegii slevatione, etc. Rogans me notarium ut de dicta licentia presens publicum conficiam instrumentum, presentibus domino Johanne de sancto Vincentio, domino Bartolomeo de Valentia et domino Alfonso de Cremona, scholaribus dicti collegii, etc. Ego Petrus de Camera, notarii dicti collegii, mandato dicti domini rectoris (70).

---

(70) Arq. do Colégio de Espanha de Bolonha, *Liber I Admissionum*, fl. 12v-13v.



*A identificação de Fernando de Portugal doutorado em 1408 com o reitor do Colégio perante os dados biográficos de D. Fernando Afonso e a presença no Estudo de Bolonha do chantre de Coimbra Fernando Gonçalves Belíagua.*

A circunstância da ausência do Colégio por parte de D. Fernando de Portugal parece favorecer a probabilidade de ele ter ido algumas vezes à pátria. Certamente o longo período que vai de Abril de 1392, data do ingresso no Colégio, até ao dia do doutoramento, em 1408, de D. Fernando de Portugal, poderia, à primeira vista, parecer excessivo e talvez justificasse a hipótese de dois reitores do Colégio de S. Clemente diversos, de nome Fernando, um em 1395-1396 e outro em 1401-1402. E o problema poderia agravar-se com a circunstância da existência em Bolonha, no tempo do doutoramento em direito canónico de Fernando de Portugal, no ano de 1408, precisamente do chantre de Coimbra Fernando Gonçalves Belíagua que em Março de 1408, ou seja uns dois meses antes desse doutoramento, ao executar a bula de Gregório XII, a favor de D. Fernando Guerra, dizia não poder ausentar-se de Bolonha por motivo de estudo e que, por documentos posteriores dos anos de 1426 e 1427, sabemos ser doutor em direito canónico. Cremos todavia não haver a mínima dúvida quanto à segurança da identificação numa só e mesma pessoa: D. Fernando Afonso, prior da igreja de Santa Maria da Arruda dos Vinhos, como passamos a considerar.

Bonifácio IX, por letras de Março de 1401, concedia a Fernando Gonçalves Belíagua, então arcediago de Seia e simples clérigo, o indulto de o não poderem obrigar, por espaço de sete anos, a receber Ordens, contanto que os seus benefícios, com cura de almas, não sofressem detrimento:

Bonifatius, etc. Dilecto filio Fernando Gonsalvi Belauga, archidiacono de Sea Colimbriensis diocesis. Salutem, etc. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Hinc est quod nos, volentes te, premissorum meritorum tuorum intuitu, favoribus prosequi gratie specialis, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, tecum qui simplex clericus existis, ut ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, quibus cura imminet animarum, que nunc obtines vel in futurum [fl. 50v] forsitan obtinebis, etiam si parrochiales ecclesie ac

dignitates, personatus vel officia cum cura vel sine cura in metropolitanis vel cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint et ad eas consueverint qui per electionem assumi, infra septennium, a data assecutionis eorumdem beneficiorum computandum, ad aliquos alios superiores ordines promoveri minime tenearis, nec ad id a quoquam invitatus valeas coartari, generalis concilii et quibuscumque aliis constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus huiusmodi beneficia forsitan fuerint, contrariis, iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica, tenore presentium, de speciali gratia et ex certa scientia dispensamus. Provisio quod archidiaconatus et alia beneficia huiusmodi debitis interim non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo, etc., nostre dispensationis infringere, etc. Si quis, etc.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, tertio Idus Martii, anno duodecimo (71).

Este documento é omissivo quanto aos estudos de Fernando Gonçalves Beliágua, que, segundo se viu acima, dizia em Março de 1408 não poder ausentar-se de Bolonha por motivo dos seus estudos. Cremos que o Doutor Fernando Gonçalves Beliágua, conselheiro d'el rei de Portugal, que juntamente com o Doutor Martinho do Sem foi a Castela como embaixador de D. João I, em 1423, para que o rei castelhano firmasse as pazes de 1411 (72), se deve identificar com este Fernando Gonçalves Beliágua, chantre de Coimbra. De qualquer forma, o chantre de Coimbra, a estudar em Bolonha em 1408, não aparece aí com algum grau académico. Pensamos que então, a dois meses do doutoramento de Frei Fernando de Portugal, deveria ser bacharel em direito canónico e que isso mesmo declararia, se realmente fosse ele quem se doutorou em direito canónico na Universidade de Bolonha em Maio de 1408. Além disso, parece estranho que não se encontrem documentos dessa altura sobre ele, com a indicação da sua formatura em direito canónico, ao passo que temos exemplos disso mais tarde.

Em súplica, com data de concessão de 5 de Outubro de 1426, sobre a troca da chantria pelo deado de Coimbra com

---

(71) AV, Reg. Lat. 90, fl. 50-50v.

(72) Cf. *Monumenta Henricina*, III, Coimbra 1961, n. 37.

João Afonso, aparece efectivamente como doutor em direito canónico :

Beatissime Pater. Cum devoti vestri oratores Fernandus Gunssalvi, decretorum doctor, cantoriam ecclesie Colimbriensis, que non tamen maior, et Johannes Alfonsi decanatum, qui dignitates maior post pontificalem in dicta ecclesia curata et electiva existunt, et cum quo super [fl. 91v] defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus et soluta sufficienter dispensatum est, obtinentes, desiderarent dignitates ipsas invicem permutare, illas in manibus devote creature vestre Fernandi, episcopi Colimbriensis, ex causa permutationis huiusmodi, Fernandus per se, et Johannes per procuratorem sponte et libere resignarunt idemque episcopus, huiusmodi resignatione admissa, cantoriam Johanni, decanatum Fernando contra reservationes apostolicas contulit et de illis etiam providit, quarumque collationis et provisionis vigore, Johannes cantoriam et F[ernandus] prefati decanatum predictos, licet de facto, reservationibus ipsis obstantibus, pacifice assecuti fuerunt, quos tenent et possident etiam pacifice et quiete. Cum autem, Pater Sancte, prefati F[ernandus] et Johannes dubitent ex certis causis resignationem eiusque admissionem necnon collationem et provisionem predictas viribus non subsistere, supplicatur S. V. pro parte dictorum F[ernandi] et Johannis quatinus eidem F[ernando] de dicto decanatu, cuius centum quinquaginta, et Johanni de cantoria, cuius viginti quatuor florenorum auri, fructus, etc., secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, sive premissis, sive quibuscumque aliis modis, aut ex aliorum quorumcumque personis, seu decanatus ipse per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si cantoria ipsa dignitas curata et electiva et dispositioni apostolice specialiter vel alias decanatus ipse generaliter reservati seu devoluti existant et super ipsis in Romana Curia vel extra eam lis, cuius statum, etc., pendeat indecisa, misericorditer providere dignemini. Non obstantia defectu natalium predicto ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie, quos idem F[ernandus] et quorum viginti quatuor, necnon parrochiali ecclesie sancti Bartholomei de Paredis Lamacensis diocesis ac canonicatu et prebenda dicte ecclesie Colimbriensis, quos Johannes predicti obtinent, quorum omnium octuaginta florenorum similium fructus, etc., secundum estimationem predictam valorem annum non excedunt, ac dispensatione ad incompatibilia et gratia expectativa, in cancellaria exprimenda, constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur pro utroque .O. Fiat.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, tertio Nonas Octobris, anno nono (73).

---

(73) AV, Reg. Suppl. 202, fl. 91-91v. ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA, OFM, *Monumenta Portugaliae Vaticana, Súplicas de Martinho V*, n. 1021.

Nesta súplica Fernando Gonçalves esqueceu-se de referir a circunstância de ter recebido até então os rendimentos do deado, pelo que fez novo pedido para que as letras apostólicas pudessem ser despachadas. O pedido foi atendido a 1 de Março de 1427 e por isso corresponde à data da bula sobre o assunto:

Beatissime Pater, S. V. devoto vestro Fernando Gundissalvi, decretorum doctori, canonico Colimbriensi, de decanatu qui dignitas maior post pontificalem curata et electiva existit, sibi auctoritate ordinaria collata, de novo concessit provideri, prout in supplicatione, desuper signata, plenius continetur et cuius tenorem hic habere dignemini pro expresso. Verum, Pater Beatissime, in supplicatione ipsa obmissum fuit exprimere prefatum Fernandum fructus dicti decanatus a tempore dicte collationis ordinarie percepisse; dignetur igitur V. S. litteras apostolicas super dicta supplicatione conficiendas cum expressione premissorum expediri mandare, cum clausulis opportunis. — *Concessum. F. Gebemensis.*

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Martii, anno decimo (74).

E eis as bulas respectivas, com a exposição do assunto, uma a absolver Fernando Gonçalves de qualquer inabilidade por ter trocado essas dignidades, apesar das reserwações apostólicas, e a impôr-lhe o abandono de tal dignidade, e outra, com a mesma data, a conferir-lhe a mesma dignidade de deão de Coimbra. A bula sobre a absolvição e dimissão do deado é dirigida ao próprio interessado:

Martinus, etc. Dilecto filio Fernando Gundissalvi, canonico Colimbriensi, decretorum doctori. Salutem, etc. Sedes apostolica, pia mater, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se propitiam exhibet et benignam. Dudum siquidem omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus ecclesiis tunc vacantes et inantea vacaturas collationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari et deinde, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, te cantoriam, que non tamen maior, et dilecto filio Johanni Alfonsi decanatum, qui maior post pontificalem, dignitates sunt ecclesie Colimbriensis obtinentibus, desiderantibus illos, ut asserebatis, ex certis rationabilibus causis invicem permutare, tu videlicet cantoriam per te ipsum et dictus Johannes, reservationis et decreti predictorum forsán ignari, decanatum predictos per dilectum filium Alfonsum Martini, priorem sancti Salvatoris Colimbriensis, procuratorem

---

(74) AV, Reg. Suppl. 207, fl. 36v. ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA, OFM, *Monumenta Portugalie Vaticana, Súplicas de Martinho V*, n. 1077.

ipsius Johannis ad [fl. 239] hoc ab eo specialiter constitutum, in manibus venerabilis fratris nostri Fernandi episcopi Colimbriensis, extra Romanam Curiam ex causa permutationis huiusmodi sponte resignastis ipseque episcopus, reservationis et decreti predictorum similiter inscius, resignationibus huiusmodi per eum ex causa predicta extra eandem Curiam auctoritate ordinaria admissis, cantoriam dicto Johanni et licet de facto decanatum predictos, per huiusmodi resignationes ut credebatur vacantes, tibi eadem auctoritate contulit et de illo etiam providit tuque pretextu collationis et provisionis predictorum, tibi ut prefertur factarum, eundem decanatum assecutus, illum ex tunc detinuisti, prout detines, fructus percipiendo ex eodem similiter de facto, quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut tibi ac statui tuo super premissis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, volentes te, apud nos alias de litterarum scientia, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favoribus prosequi gratiosis, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per te, premissorum occasione, contractam, auctoritate apostolica, tenore presentium penitus abolemus. Volumus autem quod dictum decanatum ex nunc realiter et omnino dimittas. Nulli ergo, etc., nostre abolitionis et voluntatis infringere, etc. Si quis autem, etc.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Martii, anno decimo (75).

A outra bula sobre a concessão do deado é em forma de comissão, dirigida, além do bispo de Alet, ao tesoureiro e cónego Vasco Fernandes da igreja de Coimbra:

Martinus, etc. Venerabili fratri episcopo Electensi et dilectis filiis thesaurario ac Velasco Fernandi, canonico ecclesie Colimbriensis. Salutem, etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Fernandus Gundissalvi, canonicus Colimbriensis, decretorum doctor, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem omnes dignitates maiores post pontificales, in cathedralibus ecclesiis tunc vacantes et inantea vacaturas, collationi et dispositioni nostre reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari et deinde, sicut hodie nobis pro parte dicti Fernandi fuit expositum, ipso cantoriam, que non tamen maior, et dilecto filio Johanne Alfonsi decanatum, qui maior post pontificalem dignitates sunt ecclesie Colimbriensis, obtinentibus ac desiderantibus illos ut [fl. 239v] asserebant, ex certis rationabilibus causis invicem permutare Fernandus videlicet cantoriam per seipsum et Johannes predicti, reservationis et decreti predictorum forsitan ignari, decanatum predictos, per dilectum filium Alfonsum Martini, priorem sancti Salvatoris Colimbriensis procuratorem suum, ab eo

---

(75) AV, Reg. Lat. 269, fl. 238v-239.

specialiter constitutum, in manibus venerabilis fratris nostri Fernandi, episcopi Colimbiensis, extra Romanam Curiam ex causa permutationis huiusmodi sponte resignarunt, ipseque episcopus, reservationis et decreti predictorum similiter ignarus, resignationibus huiusmodi per eum ex causa predicta extra eandem Curiam auctoritate ordinaria admissis, cantoriam Johanni et licet de facto decanatum predictos per huiusmodi resignationes, ut credebatur vacantes, Fernando prefatis eadem auctoritate contulit et de illo etiam providit, ipseque Fernandus pretextu collationis et provisionis predictorum, sibi ut premittitur factarum, eundem decanatum assecutus, illum ex tunc detinuit, prout detinet, fructus percipiendo ex eodem similiter de facto, Nos per alias nostras litteras omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam, per eundem Fernandum Gundissalvi premissorum occasione contractam, penitus abolevimus ac volumus quod ipse Fernandus Gundissalvi decanatum predictum ex tunc realiter et omnino dimitteret, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem secundum premissa collatio et provisio predictae, ipsi Fernando Gundissalvi facte ut prefertur, viribus non subsistant dictusque decanatus adhuc ut prefertur vacare noscatur ... Nos, volentes eidem Fernando Gundissalvi, premissorum meritum suorum intuitu, gratiam facere specialem ipsumque in eadem ecclesia amplius honorare, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem decanatum ad quem consuevit quis per electionem assumi cuique cura imminet animarum ... cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefato Fernando Gundissalvi postquam illum realiter et omnino dimiserit ut prefertur auctoritate nostra conferre et assignare curetis ...

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, Kalendis Martii, anno decimo. Ja xxvi, tertio decimo Kalendas Aprilis, anno decimo, de Corretanis (76).

Estes os argumentos tirados do que sabemos do *curriculum* do Dr. Fernando Gonçalves Beliáguia. Quanto ao Dr. Fernando Afonso, prior de Santa Maria da Arruda dos Vinhos, podemos alegar razões que ajudam a desfazer a dificuldade que poderia levar à distinção de dois reitores do Colégio de nome Fernando.

Como diz o cronista contemporâneo do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, D. Afonso Martins, prior conventual do mosteiro, pai de Fernando Afonso, manteve este em Bolonha *per multos annos ataa que foy doutor* (77) e já em Abril de 1402 o Cabido de Lisboa, ao apresentar ao Colégio de S. Clemente como candidato a Gomes Pais, escolar em direito canónico, e quartanário da sé, o qual só em 1414, como veremos, se doutorará em cânones, alega que *honorabilis et discretus*

---

(76) AV, Reg. Lat. 269, fl. 239-240.

(77) Cf. nota 57.

*vir Fernandus qui ad presentationem nostram in ipso vestro collegio per vos quondam fuit receptus*, tinha já preenchido o tempo da residência no Colégio, de tal forma que ao Cabido, segundo a norma dos Estatutos, pertencia o direito de apresentar outro (78). Aos estudantes, é certo, no máximo, permitiam-se oito anos de residência no Colégio (79), mas nem sempre se observavam os Estatutos. Além disso, permanece o facto, comprovado por documento, da ausência por dois anos da parte de D. Fernando de Portugal, que beneficiou de tal licença pelo menos em 1402.

Doutorado em direito canónico no ano de 1408, talvez D. Fernando ficasse algum tempo mais por Itália. Como vimos, após o regresso ao mosteiro de Santa Cruz de Coimbra, cujo prior, seu pai, tinha já morrido, o nosso doutor foi eleito prior do mosteiro juntamente com outro cónego. O dissídio causado por estas eleições exigiu a intervenção de el-rei e do seu confessor Frei João de Xira por meio de nova eleição na pessoa de D. Gonçalo Gil, anteriormente prior da igreja de Santo Antão do Tojal da diocese de Lisboa, cujas virtudes o citado cronista muito exalta. Como passamos a ver, a eleição de D. Gonçalo deve situar-se nos primeiros meses de 1415, não muito antes de 5 de Março de 1415, pelo que a de D. Fernando Afonso, anterior, como diz o cronista, deve colocar-se nos princípios de 1415 ou então nos fins de 1414.

Em súplica atendida a 23 de Dezembro de 1417 por Martinho V, o cónego regente de S. Vicente de Fora António Afonso pedia ao papa a sobredita igreja de Santo Antão do Tojal que se esperava viesse a vagar pela promoção de Gonçalo Gil, eleito prior do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra:

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia sancti Anthonii de Toial Ulixbonensis diocesis, per canonicos regulares ordinis sancti Augustini gubernari consueta, quam devotus vester Gunsalvus Egidii, electus ad monasterium sancte Crucis extra muros Colimbrieñ dicti ordinis obtinet, per promotionem ad dictum monasterium per S. V. eidem electo fiendam et assecutionem administrationis bonorum dicti monasterii vel maioris partis vacare speretur, supplicat S. V. humilis et devotus vester Anthonius Alfonsi, in sacerdotio constitutus,

---

(78) Cf. nota 104.

(79) Em V. BELTRÁN DE HEREDIA, *Primeros Estatutos del Colegio español de San Clemente en Bolonia*, em *Hispania Sacra*, 11 (1958) 200.

canonicus professus dicti monasterii, quatinus sibi de dicta ecclesia. cuius fructus, etc., septuaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, cum illam ut prefertur vacare contigerit aut alio quovis modo, preterquam per dicti Gusalvi obitum, etiam si premissis vel alio quovis aut ex alterius cuiuscumque persona seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, etiam si generaliter vel specialiter reservat. devolut. et litigiosa existat, dignemini misericorditer providere, secum super defectu etatis, cum xxiii annum sue etatis attigerit, dignemini misericorditer dispensare et cum aliis non obstañ et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur .O.*

Datum Constantie, decimo Kalendas Januarii, anno primo (80).

Martinho V em bula de 7 de Janeiro de 1418, dirigida aos bispos de Coimbra e de Évora, mandava-os receber o juramento de fidelidade, a prestar por D. Gonçalo, que o papa, pouco antes, tinha nomeado prior do mosteiro de Santa Cruz, directamente sujeito à Santa Sé:

Martinus, etc. Venerabilibus fratribus .. Colimbriensi et .. Elborensi episcopis. Salutem, etc. Cum nuper monasterio sancte Crucis extra muros Colimbriensi ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinenti, per priorem solito gubernari, ordinis sancti Augustini, tunc vacanti, de persona dilecti filii Gusalvi, prioris eiusdem monasterii, auctoritate nostra duxerimus providendum, preficiendo ipsum eidem monasterio in priorem, Nos, volentes eiusdem prioris, in illis partibus commorantis, parcere laboribus et expensis, ne propter hoc cogatur veniendo ad Romanam Curiam personaliter laborare, fraternitati vestre, presentium auctoritate, committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum ab eodem priore, nostro et Romane ecclesie nomine, fidelitatis debite recipiatis, seu alter vestrum recipiat, iuramentum, iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam; formam autem iuramenti, quod dictus prior prestabit, nobis de verbo ad verbum per eius patentes litteras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium quamtotius destinare curetis.

Datum Constantie, septimo Idus Januarii, anno primo (81).

Não é de admirar que D. Gonçalo ainda apareça em Dezembro de 1417 como prior eleito do mosteiro de Santa Cruz e que em Janeiro de 1418 Martinho diga tê-lo nomeado prior, mandando receber o juramento de fidelidade, apesar de a eleição se ter dado alguns anos antes, porque então, durante o Concílio de Constança, estava a Igreja sem pastor. De facto temos documento autêntico a comprovar que

---

(80) AV, Reg. Suppl. 106, fl. 269-269v. ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA, OFM, *Monumenta Portugaliae Vaticana, Súplicas de Martinho, V*, n. 37.

(81) AV, Reg. Lat. 187, fl. 197v.



D. Gonçalo Gil era já prior eleito em 5 de Março de 1415. Trata-se da declaração relativa à presença do procurador de D. Gonçalo na Cúria, em 13 de Janeiro de 1418, e promessa de satisfazer à taxa devida pela promoção a prior do mosteiro, cuja procuração, passada por notário, data precisamente de 5 de Março desse ano de 1415:

Eadem die [13 mensis Januarii. Anno 1] Valascus Dominici, rector parochialis ecclesie sancti Michaelis de (?) Colimbrieñ, procurator procuratorio nomine venerabilis fratris domini Gunsalvi, electi prioris monasterii sancte Crucis extra muros Colimbrieñ, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, prout constabat publico instrumento, manu Lupi Dominici, notarii publici, signato et super inde confecto, sub die quinta mensis martii Mccccxv, obtulit Camere apostolice et Collegio pro suo communi servitio debito floren. auri de Camera duo milia, ad quos ipsum monasterium taxatur, et quinque minuta servitia consueta pro familiaribus et officialibus, etc. Et recognovit in forma. Promisit autem solvere communia et minuta servitia huiusmodi infra annum a die present. obligationis in antea computand. et recognita, si que sint, infra alium annum ex tunc proxime secutur. Renuntiavit, etc., submit, etc., obligavit, etc., et iuravit in forma Camere. Et dominus locumtenens tulit sententias in scriptis. Actum ut supra. Presentibus Nicolau de Urbe Veteri, Francisco de Picolpass. dicte Camere et Jo. Ponceti Collegii clericis et pluribus aliis fidedignis.

Item prefatus procurator voluit quod si dominus noster papa de communibus et minutis servitiis huiusmodi aliquid duxerit moderand. quod illud dicto priori debeat suffragari.

Die Veneris, xxviii mensis predicti, idem procurator, non obstante obligatione supradicta, promisit sub penis Camere consuetis, ultra contenta in ipsa obligatione, solvere omnia iura illa que tam de iure quam de consuetudine per alios inibi priores superscripti priores predecessores solvebantur et solvi soliti fuerunt et super ipsis solvend., omni exceptione cessante, iuravit, etc. Renuntiavit, etc. ut in proxima. Presentibus F. de Picolpass., Ni. de Urbe Veteri et Ambrosio de Medil., clericis Camere memorate. Actum in thesauraria apostolica, etc., die iiii Februarii. Idem procurator promisit solvere servientibus armorum quorum nomina ut supra, in terminis quos supra, sub penis quibus supra. Presente Francisco de Yspania serviente, etc. et Jo. Cor-durerii (82).

Ficamos assim com a certeza de que a eleição de D. Gonçalo Gil se deu durante o Concílio de Constança, em 1415. E não a podemos antecipar muito desta data de 5 de Março de 1415, porque a 18 de

---

(82) AV, Obl. et Sol. 58, fl. 36v

Junho de 1414 ainda aparece o sucessor, pai de D. Fernando Afonso, como prior do mosteiro, em documento sobre prorrogação do tempo para pagar taxa devida ao Colégio cardinalício:

Franciscus, etc. Quod intellecta mole gravaminum pro parte venerabilis in Christo patris domini fratris Alfonsi abbatis (*sic*) monasterii sancte Crucis Colimbriensi, coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum illas pecuniarum quantitates, quas pro suis communi et minuto servitiis collegio antedicto ac familiaribus, etc., reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate dicti collegii, nobis in hac parte commissa, usque ad festum anuntiationis beate Marie Virginis proxime futurum eidem terminum duximus prorogandum. Volumus tamen, etc. Insuper, etc. Secum, etc. In quorum, etc.

Datum Bonoñ, anno a nativitate Domini millesimo ccccº xiiii, indictione vii, die xviii Junii, pontificatus domini Johannis pape xxiii anno v.º (83).

Regulando-nos, portanto, pela data da eleição de D. Gonçalo nos primeiros meses (talvez em Março) de 1415, após frustradas eleições de Pero Anes e de Fernando Afonso, as notícias sobre o regresso deste ao mosteiro de Santa Cruz, após a morte do pai, e diligências para tomar conta do governo do mesmo, devem dizer respeito aos fins de 1414 ou princípios de 1415.

Falidas as tentativas de assegurar os seus direitos ao priorado de Santa Cruz, D. Fernando Afonso continuaria ao serviço de D. João I como desembargador e conselheiro régio, recebendo naturalmente os rendimentos da igreja de Santa Maria da Arruda, de que foi prior até à morte, ocorrida à volta de 1439 ou 1440. Entretanto, não esmoreceu no interesse pelos livros.

Em 1426, estabelecia-se em Lisboa, onde fundou o mosteiro de S. Bento de Xabregas da Observância beneditina, que depois passou aos Lóios, o antigo monge da abadia de Santa Maria de Florença Frei Estêvão de Aguiar, o qual foi nomeado abade do mosteiro de S. Pedro de Pedroso em Março de 1429 e em Outubro de 1431 do mosteiro de Alcobaça, apesar de viver frequentemente no mosteiro de Xabregas, sobretudo depois da nomeação a conselheiro régio pelo Infante D. Pedro em Janeiro de 1440 (84). Ora precisamente a Frei Estêvão de Aguiar vendeu *Fernam Affonso priol de Sancta Maria da*

---

(83) AV, Obl. et Sol. 55A, fl. 56v.

(84) Cf. ANTÓNIO D. DE SOUSA COSTA, OFM, *D. Gomes, reformador da abadia de Florença, e as tentativas de reforma dos mosteiros portugueses no século XV*, p. 143.

*Arruda do arçobispado de Lixboa* um código com a tradução dos Diálogos de S. Gregório Magno (85).

A data da morte de D. Fernando Afonso podemos-la inferir da documentação pontifícia relativa à sucessão no priorado de Santa Maria da Arruda. Em súplica, atendida por Nicolau V no dia 1 de Março de 1448, Gil Anes, cónego regrante, pede ao papa confirme a aceitação e provisão do priorado de Santa Maria da Arruda, de que viera a usufruir por morte de D. Fernando Afonso, cónego regrante e reitor da sobredita igreja, em virtude de graça expectativa concedida por Eugénio IV no princípio do seu pontificado:

«Beatissime Pater, alias parrochialis ecclesia beate Marie de Aruda Ulixbonensis diocesis, que per canonicos regulares ordinis sancti Augustini consuevit gubernari, tunc per obitum quondam Fernandi Alfonsi, dicti ordinis canonici et ipsius parrochialis ecclesie olim rectoris, extra Romanam Curiam defuncti vacante, devotus orator Egidius Johannis, canonicus regularis dicti ordinis, illam vigore certe gratie sue expectative, sibi per felicis recordationis Eugenium papam quartum predecessorem vestrum sub data octavo Kalendas Maii pontificatus sui anno primo, gratie facte et concesse, acceptavit sibi que de illa provideri obtinuit et provisionis huiusmodi vigore, illius possessionem assecutus extitit, sed quia, Pater sancte, idem Egidius de provisionis et acceptationis predictarum viribus certis ex causis dubitat, eapropter humiliter et devote eidem Sanctitati supplicat quatinus acceptationem, provisionem et assecutionem prenarratas (86) omniaque et singula ex hiis secuta et secutura presentibus ex vestri certa scientia ratas et gratas habentes illasque et illa apostolice sedis munimine cum quoruncumque in eis forte interventorum defectuum supplementatione, confirmari, laudantes et approbantes, sibi de parrochiali ecclesia predicta, cuius fructus, etc., centum quinquaginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annum non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona seu ex simplici dicti quondam Fernandi vel alterius cuiuscumque et in quibuscumque nominibus, etiam coram notario publico et testibus sponte factam resignationem que, si admissa non sit, presentibus admictentes aut constitut. *Execrabilis* vel *Ad regimen* vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod illius collatio, etc., ad sedem sit apostolicam legitime devolut. ipsaque parrochialis ecclesia generaliter vel specialiter reservat., affect. aut cuius litis stat., etc., inter aliquos in Curia aut extra eam litig. existat, de novo providere seu provideri mandare ipsumque Egidium quoad effectum provisionis huiusmodi a quibuscumque

---

(85) Cf. ANTÓNIO CRUZ, *Santa Cruz de Coimbra na Cultura Portuguesa...*, p. 113, nota 13.

(86) No ms. *prevariat.* com sinal de erro.

excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque sententiis, censuris et penis ecclesiasticis in eum tam a iure quam ab homine et ex quavis causa posit. latis et fulminatis absolvere dignemini, non obstante defectu natalium quem dictus Egidius de presbytero canonico regulari ordinis prefati genitus et coniugata patitur, super quo secum ut in cancellaria exprimeretur, apostolica auctoritate extitit dispensatum et super quo etiam quatinus indigeat auctoritate eadem dispensare dignemini de gratia speciali. Cum non obstaſi et clausulis oportunis. — *Fiat ut petitur et dispensamus .T.*

Datum Rome apud Sanctum Petrum, Kalendis Martii, anno secundo. R. Pogi» (87).

O conteúdo duma bula do mesmo papa Nicolau V, com data de 8 de Junho de 1450, sobre o litígio original pela aceitação e provisão sobreditas com Gil Anes, após a morte de Fernando Afonso, permite-nos determinar com relativa precisão a data do seu falecimento ou seja o ano de 1439 ou 1440. Efectivamente, um dos últimos ouvidores pontifícios a tratar da causa foi o bispo de Treviso D. Hermolao, antes da promoção episcopal ocorrida em Outubro de 1443 (88), quando ele era notário apostólico, e o primeiro a tratar dela na Cúria, após a morte de D. Fernando Afonso, foi o ouvidor Roberto de Cavalcante, antes da promoção à sé de Volterra em Abril de 1440 (89). Eis as letras apostólicas sobre o assunto:

Nicolaus, etc. Venerabilibus fratribus Peneſi et Colimbriensi episcopis ac dilecto filio priori prioratus sancte Crucis extra muros Colimbrieſi. Salutem, etc. Exhibita nobis pro parte dilecti filii Egidii Johannis, rectoris parochialis ecclesie beate Marie de Aruda Ulixbonensis diocesis, petitio continebat quod, licet olim ipse parochialem ecclesiam predictam, tunc per obitum quondam Fernandi Alfonsi, illius ultimi rectoris extra Romanam Curiam defuncti, vacantem, vigore quarumdam litterarum apostolicarum sibi per felicis recordationis Eugenium papam iiii predecessorem nostrum gratiose concessarum, prout ex eadem forma poterat, infra tempus legitimum acceptasset et de illa sibi provideri obtinisset illamque acceptationis et provisionis predictarum vigore assecutus fuisset canonice, tamen dilectus filius Fernandus Johannis pro clerico dicte diocesis se gerens, falso asserens dictam ecclesiam ad se spectare seque illa contra iustitiam fuisse spoliatum ac gratie acceptationi, provisioni et assecutioni huiusmodi contra iustitiam se opponens, impedivit et impedit ac fecit et facit quominus dictus Egidius eamdem ecclesiam possit pacifice

---

(87) AV, Reg. Suppl. 434, fl. 76v-77.

(88) Cf. C. EUBEL, *Hierarchia Catholica*, II, Monasterii 1914, p. 248.

(89) Cf. C. EUBEL, *Hierarchia Catholica*, II, p. 270.

possidere, ortaque propterea inter Egidium et Fernandum predictos super dicta ecclesia materia questionis et causa huiusmodi per appellationem ipsius Fernandi a quodam conficto sibi ut asserebat sufficienti illato gravamine ad sedem apostolicam introducta, idem predecessor causam appellationis huiusmodi, non obstante quod de sui natura ad Romanam Curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, Roberto de Cavalcantibus Vulterafi primo et deinde Simoni de Valle Ausareñ episcopis bone memorie, tunc capellanis suis et causarum palatii apostolici auditoribus, successive ad instantiam dicti Fernandi ex certis causis audiendam commisit et fine debito terminandam, qui auditor perperam in illa procedens, unam in possessorio et aliam in petitorio contra dictum Egidium diversas diffinitivas sententias promulgavit iniquas, a quibus pro parte dicti Egidii fuit ad sedem apostolicam appellatum idemque predecessor causam appellationis huiusmodi et negotii principalis bone memorie Baptiste electo Theatiñ et deinde ex certis causis dilecto filio magistro Geminiano de Prato, capellano nostro et tunc suo et causarum dicti palatii auditori audiendam comisit et fine debito terminandam, qui, cognitis illius meritis, de consilio et assensu coadiutorum suorum causarum dicti palatii, quibus super hiis relationem fecit fidelem, per suam diffinitivam sententiam promulgavit, decrevit et declaravit per predictum Simonem coadiutorem suum tam in possessorio quam petitorio male fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum ac pro parte dicti Egidii a Simone auditore ipsiusque diffinitiva sententia bene fuisse et esse appellatum et provocatum ipsiusque Simonis auditoris sententias predictas revocandas fore et revocavit eiusque sua diffinitiva sententia pronuntiavit, decrevit et declaravit gratie acceptationem et provisionem predictas et quecumque inde secuta fuisse et esse canonica suumque debuisse et debere sortiri effectum dictamque ecclesiam ad prefatum Egidium spectasse et pertinuisse ac spectare et pertinere de iure illamque sibi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis adiudicandam fore et adiudicavit... ac prefato Fernando super illis ac ecclesia predicta perpetuum silentium imponendum fore et imposuit, expensarum taxationem ex causa obmittendo. A qua quidem Geminiani sententia pro parte dicti Fernandi fuit ad sedem apostolicam appellatum eandem idemque predecessor causam appellationis a Geminiani sententia interponente huiusmodi magistro Johanni Didaci, capellano nostro tunc suo et causarum dicti palatii auditori, ad instantiam dicti Fernandi audiendam comisit et fine debito terminandam, qui, cognitis illius meritis, de consilio et assensu coadiutorum suorum causarum dicti palatii, quibus super hiis relationem fecit fidelem, per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit per Geminianum auditorem prefatum bene fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum ... dictumque Fernandum in expensis in huiusmodi causa coram se factis condemnandum fore et condemnavit, illarum taxatione sibi imposterum reservata, a qua quidem sententia pro parte dicti Fernandi ad sedem predictam appellato, predecessor prefatus causam ultime appellationis huiusmodi quondam Johanni Loyer, capellano suo et causarum dicti palatii auditori, primo et deinde, de utriusque partis procuratorum assensu, venerabili fratri nostro Hermolao episcopo Tervisii, tunc notario suo audiendam comisit et fine debito

terminandam, qui quidem episcopus, tunc notarius, cognitis illius meritis et habito consilio cum peritis, per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit per Johannem Didaci, auditorem predictum, bene fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum ... Demum vero postquam dictus Egidius predictarum sententiarum vigore dicte ecclesie possessionem extiterat assecutus illamque per plures annos possederat pacifice et quiete, subsequenter pro parte eiusdem Egidii nobis exposito quod prefatus Fernandus eundem Egidium prefata ecclesia spoliaret seque intruserat in eadem ac propterea dictus Egidius Fernandum ipsum super spoliatione huiusmodi coram dilecto filio Laurentio Valasci, vicario venerabilis fratris nostri archiepiscopi Ulixbo-nensis, non ex delegatione apostolica traxerat in causam quodque idem vicarius causam huiusmodi, nonnullis de causis animum suum moventibus, ad Roma-nam Curiam duxerat remittendam, Nos eandem dilecto filio magistro Antonio Petri, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, ad instantiam dicti Fernandi audiendam commisimus et fine debito terminandam, qui cita-tionem ad partes cum inhibitione ad ipsius Fernandi instantiam decrevit succes-sive, Nos ad dicti Egidii asserentis quod vigore sententiarum earumdem eidem Fernando perpetuum silentium impositum fuerat, eidem Antonio auditori, postquam ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, in causa ipsa proces-serat, comisimus ut si ei constaret de premissis, litteras executorias super dictis tribus sententiis in forma exhibita, cum invocatione auxilii brachii secularis contra dictum Fernandum omnesque alios communiter vel divisim sua interesse putantes ac in dicta ecclesia intrusos et imposterum intrudendos, eidem Egidio dandas fore decreverat, prout idem Antonius auditor litteras executoriales sic ut premittitur petitas iuxta dicte nostre concessionis tenorem in forma solita dari decrevit atque concessit ... Cum autem, sicut eadem petitio subiun-gebat, idem Egidius dubitet ne interim etiam aliqui alii in eadem ecclesia se intruserint vel imposterum intrudant, pro parte dicti Egidii nobis fuit humiliter supplicatum ut providere sibi super hoc de remedio oportuno dignemur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per aposto-lica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, premissa executioni debite demandantes, eundem Egidium vel procura-torem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesie iuriumque et pertinentiarum predictorum, amoto exinde dicto Fernando et quolibet alio detentore, inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, facientes sibi de ipsius ecclesie fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi...

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo, sexto Idus Junii, anno quarto (90).

---

(90) AV, Reg. Lat. 458, fl. 66v-68.

*O Dr. Fernando Afonso da Silveira o filho do prior do mosteiro de Santa Cruz?*

Em desacordo com esta documentação e com o que acabámos de dizer sobre D. Fernando Afonso, cónego regrante, doutorado em direito canónico pela Universidade de Bolonha, tornado conselheiro e desembargador de D. João I, as afirmações do autor dos *Brasões da Sala de Sintra* e autores por ele citados e criticados, pois chegam a identificá-lo com o Dr. Fernando Afonso da Silveira, doutor em leis, conselheiro e desembargador do mesmo rei. Tais afirmações de Bramcamp Freire foram feitas por causa de D. Nicolau de Santa Maria, cronista de Santa Cruz de Coimbra, incluir o pai do Dr. Fernando Afonso e prior conventual de Santa Cruz entre os nobres do seu tempo:

Em 1387, em seguida ao seu casamento, escolheu D. João I as pessoas que haviam de servir a rainha D. Filipa e entre elas nomeou vedor da sua casa a Afonso Martins «que depois foi prior de Santa Cruz» (F. Lopes, part. II, p. 228). De toda esta indicação teceu D. Nicolau de Santa Maria, cronista de Santa Cruz de Coimbra, a tal mal urdida fábula, género por ele muito cultivado. Afirma ter Afonso Martins sido filho de Martim Afonso de Sousa, a quem acompanhara na batalha de Aljubarrota, haver casado com D. Maior Rodrigues, filha de Rui Vasques Ribeiro «fidalgo bem conhecido e estimado del rei D. João I»; ter dela tido um filho «por nome Fernão Afonso, que estudou e se fez doutor em Leis na Universidade de Bolonha, e foi desembargador del Rey» e finalmente haver professado, depois de viúvo, em 21 de Junho de 1387 (*Cronica da Ordem dos Conegos Regrantes de Santo Agostinho*, parte II, liv. IX, cap. 24.)

Vamos desembulhar a meada. Martim Afonso de Sousa, combatente na batalha de Aljubarrota, foi o 2.º senhor de Mortágua e entre os seus filhos nenhum nobiliário antigo nomeia Afonso Martins ... Afonso Martins casou, diz o cronista de Santa Cruz, com D. Maior Rodrigues, filha de Rui Vasques Ribeiro, e depois de enviuar professou em 1387. Ora Rui Vasques Ribeiro só veio a casar passados trinta e seis anos, precedendo instrumento de dote e arras feito em 8 de Maio de 1423 (*Chancelaria de D. João I*, liv. 4.º, fl. 63) ... D. Antonio Caetano de Sousa, genealogista cortesão, não se contentou em aceitar toda a invenção do cónego de Santa Cruz, mas ainda foi mais longe, e vem-nos dizer que o tal dr. Fernão Afonso, filho do prior Afonso Martins, foi o dr. Fernão Afonso da Silveira, pai do dr. João Fernandes da Silveira, 1.º barão de Alvito (*História Genealógica*, XII, 713). Isto é: a homens de baixa extracção pretende filiar numa das mais ilustres gerações de Portugal...

As palavras escritas por Xisto Tavares no seu *Nobiliário* ou melhor *Livro das Principaes Linhagens de Portugal* (pág. 681 da minha cópia), são realmente as transcritas na *História Genealógica*: «O Doutor Fernando Afonso

da Silveira filho do prior de Santa Cruz, foi homem honrrado em tempo del Rey D. João o primeiro, foi desembargador do Paço, foi casado com Caterina Teixeira, filha de (*espaço em branco*), de que houve a João Fernandes da Silveira».

copatus Boñ. Et hoc in quantum de iure posset. Actum Boñ in sacristia ecclesie dicti collegii, presentibus domino Petro de Boessa dictoque domino rectore et omnibus consiliariis dicti collegii.

Mcccc<sup>o</sup> x, indictione tertia, die viii mensis Decembris. Dominus Ghometius de Portugalia, rector collegii Yspanorum, de consensu suorum consiliariorum, ad petitionem et instantiam domini Ghondisalvi de Segoncia, procuratoris domini Fernandi de Fontanis, concessit licentiam dicto domino Ghondisalvo recipienti vice et nomine dicti Fernandi posse se absentare ad partes suas pro suis peragendis per sex menses proxime venturos, ita tamen quod licentia data per magistrum Laurentium proventialem prevaleat in quantum possit sortiri effectum, in quantum quod non, quod presens licentia abeat locum pro dicto domino Fernando, etc. Rogans me notarium ut de predictis publicum conficiam instrumentum, etc. Actum in sacristia dicti collegii, presentibus domino Johanne de Glioxa, magistro Emanuele [de Sibilia], testibus, etc., domino Francischo de Sibilia. Ex instrumento mei Petri de Camera, notarii.

Milesimo quatringsentesimo undecimo, indictione iii<sup>a</sup>, die undecimo mensis Februarii. Honorabilis vir dominus Ghometius de Portugalia, rector scholarium collegii domus Yspanorum de Boñ, de consensu suorum consiliariorum recepit in scolarem dicti collegii secundum formam Statutorum dicti collegii dominum Johannem Sanctii de Sybilia ad theologiam audiendam vigore literarum suarum episcopi et capituli Burgensis, prius facta de dicto domino Johanne solempni examinatione secundum formam dictorum Statutorum, etc. Qui dominus Johannes iuravit in manibus dicti rectoris secundum formam Statutorum, etc. Actum Boñ, in camera dicti domini rectoris, presentibus» (122).

A 9 de Setembro do mesmo ano de 1411 já não exercia o officio de reitor. Temos, contudo, notícias deste mês de Setembro sobre o seu reitorado em Abril de 1411, fornecidas pelo capelão do Colégio, D. André de Portugal, e outros estudantes que, em uníssonos, accusam Francisco de Sevilha de se ter levantado da mesa para tirar, à força, o prato de carne ao reitor D. Gomes de Portugal, que o tinha castigado:

«Mcccc undecimo, indictione quarta, die nono mensis Septembris. Quorum nomina sunt hec, videlicet dominus Johannes de Zuiosa, rector, dominus Raymundus de Catelonia, dominus Johannes de Sibilia, canonista, dominus Petrus de Gomera, dominus Gometius de Portugalia, dominus Rodoricus de Villachiran, consiliarius, dominus Gondissalvus de Seguntia, dominus Bartolomeus de Valentia, magister Johannes de Sibilia, theologus, consiliarius, magister Bartolus de Sibilia, theologus, dominus Franciscus de Sibilia, magister Petrus

---

(122) Arq. do Colégio de Espanha de Bolonha, *Lib. I Admissionum*, fl. 20v-22.

de Aragonia, magister Johannes de Orticaria, magister Martinus de Larena, dominus Fernandus de Caudamia, consiliarius, magister Johannes de Sibia, medicus, magister Emanuel de Sibia, consiliarius, dominus Andreas, capellanus.

Dicto die. Dominus Raymondus de Catellonia... de domino Gometio de Portugalia bene dixit... De magistro Francisco de Sibia dixit quod est scandalosus, diffamans omnes, dissolutus, non studet, inobediens et omnes per eum scandalizat (*sic*). Et pulsavit campanam propria autoritate. Et de mense Aprilis astulit de mensa portionem domini Gometii de carnibus et illas edit cum multis minis et magno scandalo publice in sala, astantibus aliis scholaribus, et valde vituperat dominum Andream capellanum ... Dominus Fernandus de Caudamia, scholaris, iuratus et examinatus ut supra ... de domino Francisco de Sibia dixit quod dominus Gometius olim rector preteritus privavit dictum dominum Franciscum semel portione carni, quia pulsaverat campanam sine licentia. Et tunc dictus dominus Franciscus rebelis, nolens agere penitentiam, furiose surrexit a mensa, astantibus aliis scholaribus, et abstulit domino tunc rectori portionem suam de carnibus...

Dominus Andreas de Portugalia, capellanus dicti collegii, de domino rectore bene dixit. Dixit tamen quod non legitur biblia ... De domino Francisco de Sibia dixit quod est valde discolus, protervus et superbus, et cum de anno presenti et mense Aprilis privatus fuisset una die portione sua carni, surrexit de mensa et abstulit domino Gometio, tunc rectori dicti collegii, existenti in mensa, portionem suam de carnibus, invadens eam cum gladio coram astantibus scholaribus...

Die decimo Septembris. Magister Johannes de Sibia, doctor in artibus, iuratus et examinatus ut supra... de domino Francisco de Sibia [dixit] quod est scandalosus et vituperat scholares et obloquitur de singulis scholaribus. Item cum gladio invasit dominum Gometium, tunc rectorem dicti collegii, incisorium cum carnibus et illas comedit et illo prandio dictus dominus rector et ipse testis qui cum eo erat, ad idem incisorium, non habuerunt carnes...

Die vicesimo secundo Septembris. Dominus Bartolomeus de Valentia, scholaris iuratus et examinatus ut supra... De magistro Francisco de Sibia male dixit et quod est valde superbus et protervus contra omnes. Et quod temeritate propria publice in prandio de mense Aprilis circa finem mensis, abstulit domino Gometio, tunc rectori domus, portionem suam de carnibus, sibi datam in prandio et incisorio, asportavit et illas comedit...

Magister Petrus de Aragonia, theologus scholaris, iuratus et examinatus ...de domino magistro Francisco de Sibia male dixit, cum omnibus rissatur. Et quod de mense Aprilis, cum dominus Gometius rector mandasset ne darentur carnes pro certo prandio dicto magistro Francisco, quia privaverat eum pro ea vice de carnibus, astantibus omnibus scholaribus in mensa, ipse magister Franciscus furiose surrexit de mensa et cum gladio invasit dominum Gometium, tunc rectorem predictum in mensa existentem, et dicto rectore se retrahente, abstulit dominus magister Franciscus eidem rectori portionem carni, sibi rectori et consocio in mensa datam, et illas rectoris comedit, ibidem presentibus aliis scholaribus...

Mcccc undecimo, die vicesimo quinto Septembris. Dominus Johannes de Guiosa, rector iuratus et examinatus ut supra ... de domino Francisco de Sibilia dixit quod est aliquantulum sui capitis et audivit dicere quod abstulit domino Gometio tunc rectori portionem suam...» (123).

Neste ano académico de 1411, em que Gomes Pais foi reitor do Colégio, expirava o tempo de residência, que não podia ultrapassar os oito anos (124). Poder-se-ia logo pensar que ele deixara o Colégio no ano académico de 1411-1412, mais precisamente em 1412, porque em Setembro de 1411, como vimos, ainda aí estava. Em Setembro de 1413 deparamos entre os escolares com João de Portugal que figura aí como bem entrado nos problemas e questões do Colégio. Daí poder alguém pensar numa sucessão. Na verdade, Manuel de Sevilha declara ter ouvido de mestre João de Portugal e de mais alguns escolares que o reitor e outros colegiais tramavam contra os interesses dos restantes colegas que não aderiam a seu partido:

Millesimo quadringentesimo decimo tertio, indictione sexta, die secundo mensis Septembris, inchoata fuit visitatio rectoris et scolarium collegii quondam bone memorie domini Sabinensis, situati in civitate Boñ, per venerabilem et sapientem virum dominum Dominicum de sancto Jeminiano, decretorum doctorem, reverendi in Christo patris et domini domini Johannis, Dei et apostolice sedis gratia, episcopi Boñ, vicarium in spiritualibus et temporalibus generalem, generaliter tam in capite quam in membris. Cuius collegii rector, consilarii et scolares sunt isti videlicet: dominus Raymundus de Cathelonia, rector, dominus Johannes de Zuglosa, dominus Garsias [de Chiros], magister Johannes de Orticaria, magister Bartolus de Sibilia, consilarii, dominus Franciscus de Sibilia, dominus Fernandus de Cagnamero, dominus Rodoricus de Villaquiram, magister Johannes de Portugallia, dominus Dominicus [de Robleto], dominus Johannes de Sibilia, dominus Egidius [de Sibilia], dominus Gondissalvus de Corduba, magister Emanuel [de Sibilia], dominus Fernandus de Cuadamis, magister Martinus de Larena, magister Johannes de Sibilia, theologus, scolares, dominus Andreas, dominus Raynerius, capellani, Onofrius, castaldio, Nabuchdanasor, procurator, Enricus, coquus, duo familiares...

Die octavo Septembris. Magister Emanuel de Sibilia, medicus, examinatus per sacramentum respondit et dixit quod ipse dicere audivit a domino Francisco de Sibilia et magistro Johanne de Portugalia et ab aliis quod rector

---

(123) ASB, Rogiti di Rolando Castellani, busta 23, n. 47. Parte publicada por PIANA, *ibidem*, p. 344.

(124) Cf. V. BELTRÁN DE HEREDIA, OP, *Primeros Estatutos del Colegio español de San Clemente en Bolonia*, em *Hispania Sacra*, 11 (1958) 200.

collegii et dominus Johannes de Zuiosa, dominus Garsias, dominus Johannes Lovette, dominus Fernandus de Caudania, magister Johannes de Orticaria, magister Johannes Vella et magister Bartolus de Sibilia et dominus Egidius fecerunt ad invicem coniurationem ad bonum et malum contra alios scolares, qui non sunt de sua lega; et apparet verisimiliter sic esse, quia dictus rector tempore electionis ipsius dedit cappas et caputia predictis coniuratis, saltem maiori parti et nullis aliis. Item, quia semper conferunt uno ore de quocumque negotio iuste vel iniuste tam in actibus collegialibus quam aliis... (125).

Apesar de encontrarmos em 1413 esse outro português no Colégio, mestre João de Portugal, ainda o nosso Gomes Pais lá continuava. Aliás mestre João de Portugal, como vimos, foi admitido por ele mesmo em 1410, depois da apresentação a um lugar vago, pertencente a Saraçoça e não a Lisboa. Não é, portanto, de admirar que a 13 de Fevereiro de 1413 figure ainda Gomes Pais como conselheiro na admissão de Fernando Cañamero, presente também mestre João de Portugal e a 3 de Maio, juntamente com o bispo do Porto D. Fernando na admissão de Gil de Sevilha ou de Portugal:

«Mccccxiii, indictione sesta, die tertiodecimo mensis Februarii. Sapiens vir dominus Petrus de Aragonia, scholaris collegii domus Yspanorum, vice rector scolarium dicti collegii, de consensu, presentia et voluntate domini Gometii de Portugalia, domini Johannis de Sybilia, magistri Emanuelis de Sybilia et magistri Johannis de Sybilia teologi, consiliariorum dicti collegii, visis diligenter et examinatis literis domini Fernandi de Chaghamera coram eis productis per dictum dominum Fernandum de Chaghamera et per ipsos repertis dictis literis esse legitimis (*sic*), non obstantibus aliquibus constitutionibus contrariis, dictus dominus Petrus vice rector de consensu dictorum consiliariorum recepit in scolarem dicti collegii dictum dominum Fernandum de Chaghamera ad canones audiendos vigore literarum suarum emanatarum ab archiepiscopo et capitulo ecclesie Toletane, etc. et promisit et iuravit observare Statuta, etc. Actum Boñ in contracta sancte Marie de Muradelis, in camera dicti domini rectoris, presentibus domino Raymondo de Chatelonia, magistro Johanne de Portugalia et domino Francischo de Sybilia, testibus et scholaribus dicti collegii, testibus. Nota et rogatio mei Petri condam Symonis de Camera notarii.

Mccccxiii, indictione sesta, die vigesimo octavo mensis Aprilis. Sapiens vir dominus Fernandus de Chaghamera, rector scolarium collegii domus Yspanorum de Boñ, de consensu suorum consiliariorum, etc. recepit dominum Dominicum Rodorici de Robleto ad chanones audiendos vigore literarum suarum ab episcopo et capitulo ecclesie Segontine, etc., prius facta examina-

---

(125) ASB, Rogiti di Rolando Castellani, busta 23, n. 35. Cf. CELESTINO PIANA, *ibidem*, pp. 344, 346.

tionem, etc. Et iuravit, etc. Rogans, etc. Actum Boñ in camera residentie dicti domini rectoris, presentibus domino Andrea de Portugalia, capelano dicti collegii, magistro Johanne de Sybilia et domino Rodoricho de Villaquiram, testibus. Ex instrumento mei Petri de Camera, notarii.

Mccccxiii, indictione sexta, die tertio mensis Maii. Dominus Raymondus de Catalonia, rector scolarium collegii domus Yspanorum de Boñ, de consensu suorum consiliariorum, cum hoc sic constet eis quod ecclesia Abolensis alias fuerit requisita ex parte collegii per rectores preteritos dicti collegii Yspanorum quatenus episcopus et capitulum dicto collegio deberent presentare unum scolarem in iure canonico ad locum vachantem in collegio predicto, ita quod propter eorum negligentiam potestas presentandi scolarem ad rectorem et consiliarios dicti collegii ad presens esset devoluta secundum formam Statutorum dicti collegii, etc. et pro tanto sciens dominum Egidium Martini, clericum Ispalensem in primitivis esse (?), predictum dominum Egidium ad locum ut permittitur vachans ad chanoses audiendos in scolarem dicti collegii unanimiter et concorditer receperunt, etc. Qui iuravit, etc. Rogans, etc. Actum Boñ in contracta sancte Marie de Muradelis, in claustro dicti collegii, presentibus nobili viro domino Fernando episcopo, nepote regis Portugalie, Didacho Alfonsi, Johanne Rodorici, familiaribus dicti domini episcopi, domino Gometio de Portugalia et domino Andrea de Portugalia, capelano dicti collegii, testibus» (126).

Em 1414, dentro ou fora do Colégio, Gomes Pais continuava em Bolonha, em cujo Estudo Geral fez o exame privado de licenciatura a 30 de Janeiro de 1414, com aprovação unânime do Colégio dos Professores. Recebeu o grau de doutor em 15 de Fevereiro do mesmo ano de 1414:

«Tempore prioratus domini Jeremie de Angelellis. Die quinto Januarii, millesimo quadringentesimo quartodecimo ... Die trigesimo Januarii. Dominus Gometius Pellagii, portionarius ecclesie Ulisbonensis de Portugalia subiectus fuit privato examini, prius tamen michi presentatus per dominum Florianum de sancto Petro et dominum Johannem Andream de Caldarinis et fuit ab omnibus approbatus; die quinto decimo Februarii dominus Gometius predictus recepit publicam in sancto Petro. Dominus Florianus tradidit insignia et Petrus de Ancharano fecit sermonem archidiaconi» (127).

---

(126) Arq. do Colégio de Espanha de Bolonha, *Lib. I Admissionum*, fl. 24-25, — A admissão no Colégio de Gil de Sevilha ou de Portugal deu origem a litígio, chegando alguns estudantes a lembrar que ele entrou no Colégio por influência de D. Fernando, bispo do Porto. A acta relativa à sua admissão foi riscada e à margem alguém anotou: *privatus fuit per dominos vicarios episcopi quia nullum titulum habet*. Outra mão do mesmo tempo ajuntou: *non dicis verum*.

(127) ASB, *Liber Secretus Iuris Pontificii*, fl. 42.

Apesar de doutorado a 15 de Fevereiro de 1414, como se vê por esta anotação autógrafa do prior do Colégio dos Doutores de Bolonha, Gomes Pais aparece sempre nas súplicas e letras pontifícias, aliás como na documentação portuguesa do Cabido e Estudo de Lisboa, como licenciado em decretos. Assim figura nas Cortes de 1418, nas quais tomou parte como vigário geral da sé e procurador do Cabido, bem como em 1419, na qualidade de juiz comissário do Cabido (128). Também em súplica atendida por Martinho V a 7 de Abril de 1418, sobre a confirmação da vigairaria da igreja de Santa Maria da diocese de Lisboa, figura como licenciado em decretos:

«Beatissime Pater vacante vicaria pa[rr]ochialis ecclesie...] Ma[rie] Ulixbonensis diocesis [...] resignationem Valasci Ro[derici...] extra Romanam Curiam ex causa permutationis spon[te] factam, devotus o[r]ator vester Gometius Pellagii, quartanarius Ulixbonensis eamdem vi[cariam] sic vacantem in vim permutationis huiusmodi ordinaria auctoritate sibi conferri [et de] ea provideri obtinuit eiusque possessionem extitit assecutus, dubitat [tamen] premissa (129) ex certis causis viribus non subsistere.

Quapropter supplicat S. V. humiliter dictus Go. qui etiam licentiatu[s] in decretis existit, quatinus sibi de dicta vicaria, cuius fructus, etc., quadraginta librarum Turonensium parvorum communi extimatione valorem annuum non excedunt, sive ut premittitur sive per obitum quondam Johannis Roderici, extra eamdem Curiam defuncti vel alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona aut per constitutionem *Execrabilis* vacet seu generaliter vel specialiter reservata, devoluta vel affecta sit, aut super ea inter aliquos lis in dicta Curia vel extra eam, cuius statum presentibus habere placeat pro expresso, indecisa pendeat, dignemini misericorditer de novo providere. Non obsta[n]t quod dictum beneficium perpetuum quartanariam nuncupatum in predicta ecclesia Ulixbonensi, cuius fructus, etc., triginta librarum similium secundum extimationem predictam valorem annuum non excedunt, obtinet ac gratia expectativa, si quam habet, in cancellaria exprimenda. Cum ceteris nom obsta[n]t et clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur.*

Datum Constantie, septimo Idus Aprilis, anno primo» (130).

Em letras apostólicas de 16 de Julho de 1426 figura como oficial da sé de Lisboa na causa entre o leigo lisbonense Lobo Fernandes

---

(128) Cf. *Documentos para a História da Cidade de Lisboa: Cabido da Sé, Sumário de Lousada* (fl. 135v, 340), pp. 204, 297.

(129) No ms. *premissis*.

(130) AV, Reg. Suppl. 113, fl. 60. Publicado por ANTÓNIO DOMINGUES DE SOUSA COSTA, *Munumenta Portugaliae Vaticana*, Súplicas de Martinho V, n.º 105.

e vários clérigos porcionários da igreja de S. Julião de Lisboa sobre certa casa da sobredita igreja, arrendada ao mencionado leigo:

«Martinus, etc. Dilecto filio abbati monasterii sancte Marie de Alcobatia Ulixbonensis diocesis. Salutem, etc. Humilibus votis libenter annuimus illaque favoribus prosequimur oportunis.

Exhibita nobis pro parte dilecti filii Lopi Fernandi, civis Ulixbonensis, petitio continebat quod olim dilecti filii Petrus Stephani, perpetuus vicarius, ac Petrus Fernandi, Alvarus Petri et Laurentius Johannis ac alii portionarii parrochialis ecclesie sancti Juliani Ulixboneñi, falso asserentes quod quedam domus in civitate Ulixbonensi consistentes et ad ecclesiam predictam legitime pertinentes, quas ipse civis in emphiteosim sub certo annuo censu ab eisdem vicario et portionariis tenebat tunc expresse cecidissent in commissum aut ad ipsam ecclesiam essent legitime devolute, pro eo quod idem civis per certos annos etiam tunc expressos a solutione dicti census de facto cessasset, ipsum civem super hoc petendo decerni et declarari dictas domos in commissum cecidisse ut prefertur ipsumque condemnari et compelli ad dimittendum dictas domos necnon ad dandum et solvendum eis censum, in quo ipse civis, ut pretendebant, pro dictis annis tenebatur, coram dilecto filio Christophoro Johannis, vicario Curie Ulixbonensis non ex delegatione apostolica traxit in causam idemque vicarius in causa huiusmodi legitime et iuris ordine observato procedens, diffinitivam pro dicto cive et contra vicarium ecclesie ac portionarios prefatos sententiam promulgavit, a qua pro parte vicarii et portionariorum predictorum ad dilectos filios auditores eiusdem curie cum eodem vicario idem consistorium facientes de facto appellarunt prefatumque civem fecerunt in causa appellationis huiusmodi coram eisdem auditoribus ad iudicium evocari ipsique auditores *perperam in eadem causa procedentes, diffinitivam, per quam prefatam sententiam revocarunt et domos predictos in commissum cecidisse pronuntiarunt ipsumque civem ad dimittendum domos et solvendum censum prefatos ac in expensis coram eis in huiusmodi causa legitime factis condemnarunt, sententiam promulgarunt iniquam, ipsarum expensarum taxatione eis imposterum reservata, a qua quidem sententia dictorum auditorum ipse civis ad sedem apostolicam appellavit et super appellatione huiusmodi apostolicas ad dilectum filium Valasum Martini, canonicum Ulixbonensem, sub certa forma litteras impetravit dictosque vicarium ecclesie et portionarios coram dilecto filio Petro Johannis Regadas, canonico Ulixbonensi, cui dictus Valascus super hoc totaliter commisit vices suas, fecit ad iudicium evocari ipseque Petrus perperam in eadem causa procedens, prefatam sententiam confirmavit iniquam, ipsum civem in expensis coram eo in huiusmodi causa legitime factis condemnando, ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata.*

Cumque a sententia prefati Petri pro parte eiusdem civis ad sedem fuisset appellatum eandem et terminus prosecutionis dicte appellationis a prefata sententia ipsius Petri interiecte adhuc penderet, vicarius ecclesie et portionarii predicti eundem civem coram dilecto filio Gometio Pelagii, officiali dicte Curie qui cum vicario eiusdem Curie et auditoribus prefatis unum et idem consisto-



rium faciebant, super eisdem domibus, non ex delegatione apostolica, de facto traxerunt in causam ipseque officialis etiam perperam in dicta causa procedens, quendam diffinitivam contra prefatum civem ac pro eisdem vicario et portionariis sententiam promulgavit iniquam ipsumque civem in expensis coram eo in huiusmodi causa legitime factis condemnavit, ipsarum expensarum taxatione sibi imposterum reservata, quodque a sententia prefati officialis pro parte eiusdem civis ad sedem fuisset appellatum antedictam, quia tamen civis ipse nimia paupertate gravatus ac alias legitimis impedimentis detentus ab officialis infra ad hoc prefixum et a Petri prefatorum sententiis interpositas appellaciones huiusmodi infra iuris terminos prosecutus non erat, officialis et Petrus predicti vicarium et portionarios eosdem, pretextu pro illis latarum sententiarum huiusmodi, in corporalem possessionem domorum predictarum nomine dicte ecclesie induxerunt et in ipsum civem pignora pro dictis expensis deponentem, quia sententiis eisdem parere, ut asseruerunt, contumaciter non curaverat, excommunicationis sententiam promulgarunt ipsumque civem fecerunt excommunicatum publice nuntiati, et successive dictam excommunicationis sententiam contra eum aggravarunt et reaggravarunt et auxilium brachii secularis invocarunt et postmodum, nostris super premissis pro parte eiusdem civis ad dilectum filium Menendum Martini, scolasticum Colimbriensem, sub certa forma litteris impetratis, dilectus filius Johannes Johannis, canonicus Colimbriensis, cui prefatus scolasticus super hoc commiserat vices suas, postquam dictos vicarium et portionarios ad instantiam ipsius civis, earumdem litterarum vigore, evocaverat in causam, perperam in illa procedens, contra eundem civem ac pro vicario et portionariis prefatis sententiam promulgavit iniquam, ipsum civem in expensis coram eo in huiusmodi causa legitime factis condemnando, earumdem expensarum taxatione sibi imposterum reservata.

Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefatis sententiis quoad possessionem domorum predictarum plene pariturum ac civis ipse per huiusmodi pro prefatis vicario et portionariis latis sententias enormiter lesus existat, pro parte ipsius civis nobis fuit humiliter supplicatum quatinus ei de absolute ab huiusmodi excommunicationis et aliis in eum latis sententiis ac restitutione in integrum adversus dictas pro prefatis vicario et portionariis latis sententias ac alias super premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis vicario et portionariis predictis ac aliis qui fuerint evocandi, eundem civem, si hoc humiliter petierit, data per eum sufficienti cautione de iudicato solvendo et parendo mandatis ecclesie atque tuis a prefatis in eum latis sententiis, auctoritate nostra simpliciter vel ad cautelam absolvas hac vice dumtaxat in forma ecclesie consueta, iniuncta inde sibi pro modo culpe penitentia salutari et aliis que de iure fuerint iniungenda ac pignoribus predictis in deposito remanentibus, super premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis te diligenter informes et, si per informationem huiusmodi prefatum civem per dictas pro prefato vicario et portionariis latis sententias repperaris enormiter fore lesum, eundem civem

adversus illas in integrum restituas, prout de iure faciendum, ac ipso restituto de eadem sententia ipsius vicarii dicte Curie cognoscens legitime, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernes, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Non obstante si vicario ecclesie et portionariis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab ipsa sit sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, decimo septimo Kalendas Augusti, anno nono» (131).

Além destas letras de 1426, Gomes Pais figura também como oficial noutras de 2 de Maio de 1429, dirigidas ao deão de Coimbra, sobre a contenda do deão e Cabido de Lisboa com o vigário e porcionários da igreja de Santa Cruz da cidade. A causa era tratada perante ele Gomes Pais, licenciado em decretos e oficial designado pelo Cabido:

«Martinus, etc. Dilecto filio decano ecclesie Colimbriensis. Salutem, etc. Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum decani et capituli ecclesie Ulixbonensis petitio continebat quod olim dilecti filii perpetui vicarius et singuli portionarii parrochialis ecclesie sancte Crucis Ulixbonensi, falso asserentes perceptionem nonnullarum decimarum provenientium ex fructibus excrescentibus in quibusdam terris et possessionibus in districtu civitatis Ulixbonensis consistentibus tunc expressis ad se spectare quodque ipsi decanus et capitulum eas quominus dictas decimas pacifice percipere possent contra iustitiam impedire presumere, eosdem decanum et capitulum super hoc petendo, ipsos condemnari et compelli ad desistendum ab impedimentis huiusmodi coram dilecto filio Gometio Pelagii, clerico, licentiate in decretis, officiali dictorum capituli auctoritate ordinaria deputato, non ex delegatione apostolica, traxerunt in causam et deinde ipsi vicarius et portionarii, pretendentes se a quodam sufficienti conficto gravamine eis, ut minus veraciter asserebant, ab eodem officiali, postquam ipse in causa huiusmodi ad nonnullos actus, citra tamen conclusionem, inter partes ipsas processerat, illato indebite se gravari, ad venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Ulixbonensem appellarunt dictosque decanum et capitulum fecerunt in causa appellationis huiusmodi coram dilectis filiis vicariis in spiritualibus generalibus dicti archiepiscopi ad iudicium evocari, iidemque vicarii generales perperam in causa huiusmodi procedentes, pro ipsis vicario et portionariis ac contra ipsos decanum et capitulum sententiam promulgarunt iniquam, a qua ipsi decanus et capitulum ad sedem apostolicam appellarunt,

---

(131) AV, Reg. Lat. 264, fl. 127-128v.

sed legitimo, ut asserunt, impedimento detenti, huiusmodi eorum appellationem non fuerunt infra tempus debitum prosecuti. Quare nobis humiliter supplicarunt ut causam appellationis ipsorum huiusmodi ac nullitatis processus vicariorum generalium et sententie predictorum una cum negotio principali ac omnibus incidentibus, dependentibus et connexis, alicui probo in partibus illis committere ac alias eis in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis vicario et portionariis prefatis ac aliis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii pape viii, predecessoris nostri, quibus cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur. Seu ne iudices a sede deputati predicta aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant et aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si eisdem vicario et portionariis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sede indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari aut ultra vel extra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Rome, apud Sanctos Apostolos, sexto Nonas Maii, anno duodecimo» (132).

Uns dois anos depois destas letras de 1429, vemo-lo ainda designado como licenciado em decretos, ao assinar no dia 18 de Julho de 1431 os Estatutos dos actos académicos da Universidade de Lisboa juntamente com os Doutores Estêvão Afonso, arceidiago de Santarém e doutor em decretos, Afonso Rodrigues, arceidiago de Lisboa e doutor em leis, e Diogo Afonso, doutor em ambos os direitos e mestre em artes:

«In nomine Domini Amen. In nomine individue et sancte Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti incipiunt statuta super actibus scollasticis alme Universitatis huius Studii Ulixbonensis. Decima sexta mensis Julii, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo, Alfonsus Johannis bedellus prefate Universitatis quatinus decima octava die mensis eiusdem interessent in cathedrali ecclesia huius Ulixbonensis civitatis post vesperos ad firmandum statuta pro dictis actibus, quo quidem die post vesperos congregati fuerunt ibidem venerabilis vir Valascus Stephani, vicarius sancti Thome, rector predicte Universitatis, et venerabiles viri dominus Stephanus Alfonsi,

---

(132) AV, Reg. Lat. 293, ff. 105-105v.

archidiaconus Sancterenensis, decretorum doctor, et Alfonsus Roderici, archidiaconus eiusdem ecclesie, doctor legum, et Didacus Alfonsi, doctor utriusque iuris et magister in artibus, et Gometius Pelagii, decretorum licentiatus, et Vincentius Dominici conservator et omnes una firmaverunt statuta infra scripta» (133).

A 23 de Outubro de 1432, Eugénio IV renovava-lhe a ele, licenciado em decretos com o rigor do exame, a concessão de 8 de Maio de 1431 sobre o canonicato e prebenda de Coimbra, vacantes por morte de Pedro Anes, subcolector apostólico na cidade de Coimbra, durante o pontificado de Martinho V, circunstância não referida na primeira súplica:

«Beatissime Pater. Cum dudum S. V. videlicet octavo Idus Maii, anno primo, devoto vestro Gometio Pelagii, licentiato in decretis cum rigore examinis, de canonicatu et prebenda Colimbrieñ, vacantibus per obitum quondam Petri Johannis qui illos obtinens, fructuum, etc. camere apostolice debitorum in civitate et diocesi Colimbrieñ, succollector extitit et extra Romanam Curiam decessit, gratiose provideri concesserit et non fuerit expressum quod idem P., vivente adhuc felicitis recordationis Martino papa quinto, predecessore vestro, decesserit, cumque idem canonicatus, et prebenda adhuc, ut prefertur, vacare noscantur ac per resignationem (*sic*) ipsius Martini et declarationem S. V. de illis, de quibus dispositum non fuit, factas generaliter reservati sint, dignetur S. V. litteras apostolicas super huiusmodi concessionis gratia conficiendas cum expressione premissorum expediri mandare gratiose. Cum non obstañ et clausulis in dicta gratia contentis. — *Concessum in presentia domini nostri pape. B. Gradensis.*

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, decimo Kalendas Novembris, anno secundo» (134).

Letras apostólicas de 11 de Novembro de 1432, dirigidas ao próprio Gomes Pais, cónego de Coimbra e licenciado em degredos, ao conceder-lhe precisamente o canonicato e prebenda de Coimbra, vacantes por morte do sobredito subcolector, lembram que, além de ter recebido o grau de licenciatura em decretos com rigor de exame no Estudo de Bolonha, era capelão-mor do Infante D. Pedro, duque de Coimbra, e possuía a igreja paroquial de Santa Maria de Samuel da diocese de Coimbra, a porção quartanária de Lisboa e as perpétuas porções

---

(133) *Livro Verde da Universidade de Coimbra*, pp. 12-13.

(134) AV, Reg. Suppl. 281, fl. 58.

de S. Tomé de Lisboa, de Santa Maria de Sintra, Santa Maria de Lourinhã, Santa Maria de Óbidos, Santa Maria de Várzea de Alenquer e de S. Tiago de Évora:

«Eugenius, etc. Dilecto filio Gometio Pelagii, canonico Colimbriensi, licentiato in decretis. Salutem, etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales.

Dudum siquidem felicitis recordationis Martinus papa v, predecessor noster, omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica quorumcumque succollectorum fructuum et proventuum camere apostolice debitorum, tunc vacantia et in antea vacatura, collationi et dispositioni sue reservans, decrevit ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari. Et deinde canonicatu et prebenda ecclesie Colimbriensis, quos quondam Petrus Johannis, ipsius ecclesie canonicus, dum viveret obtinebat, per obitum ipsius Petri qui olim illos obtinens, fructuum et proventuum predictorum eidem Camere debitorum in civitate et diocesi Colimbriensi unicus succollector extitit et extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacantibus, dictoque predecessore, per eum de illis aliter non disposito, sicut Domino placuit, sublato de medio, Nos divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium an aliquis preter Romanum pontificem de canonicatibus et prebendis aliisque beneficiis ecclesiasticis per eundem predecessorem dispositioni sue reservatis et tempore obitus ipsius vacantibus, disponere potuisset sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium, declaravimus canonicatus et prebendas et alia beneficia supradicta, de quibus, ut premittitur, vacantibus per eundem predecessorem dispositum non extitit, per huiusmodi reservationem et decretum remansisse et remanere affecta nullumque de illis preter eundem Romanum pontificem ea vice disponere potuisse sive posse quoquo modo ac decrevimus irritum et inane si secus super hiis per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari.

Cum itaque secundum premissa dicti canonicatus et prebenda adhuc ut prefertur vacare noscantur nullusque de illis preter nos hac vice disponere potuerit sive possit, reservatione, declaratione et decreto obsistentibus supradictis, Nos volentes tibi qui, ut asseritur, dilecti filii nobilis viri Petri, ducis Colimbriensis, carissimi in Christo filii nostri Johannis Portugalie et Algarbii regis illustris secundogeniti, maior capellanus continuus commensalis existis et Bononie cum rigore examinis in decretis licentiatus fuisti, premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus, redditus et proventus triginta librarum Turonensium parvorum secundum communem estimationem valorem annum, ut etiam asseritur, non excedunt, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacent, etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii ad sedem apostolicam legitime

devoluta ipsique canonicatus et prebenda specialiter vel alias generaliter dispositioni apostolice reservati existant, et super eis inter aliquos lis, cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus, decernentes, prout est, irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari.

Non obstantibus pie memorie Bonifatii pape viii, etiam predecessoris nostri, et aliis apostolicis constitutionibus necnon dicte ecclesie iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque... Aut quod, ut etiam asseritur, parrochiam beate Marie de Samuel Colimbriensis diocesis ac unam quartanariam nuncupatam in maiori necnon in singulis sancti Thome Ulixboneñ ac beate Marie de Sintria et beate Marie de Lourinhaa necnon sancte Marie de Obidos ac beate Marie de Varzia de Alenquerio dicte diocesis necnon in sancti Jacobi Elboreñ parrochialibus, ecclesiis singulas alias perpetuas portiones sine cura, quarum omnium fructus, redditus et proventus sexaginta librarum Turonensium similium secundum eandem estimationem valorem annum non excedunt, nosceris obtinere. Nulli ergo, etc. nostre collationis, provisionis, constitutionis et voluntatis infringere, etc. Si quis, etc. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice, millesimo quadringentesimo secundo, tertio Idus Novembris, anno secundo.

Simili modo venerabilibus fratribus Electensi et Ceptensi episcopis ac dilecto filio abbati monasterii beate Marie de Alcobaça Ulixbonensis diocesis. Salutem, etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Gometius Pelagii canonicus, etc. ... Datum ut supra» (135).

Basta, num relance de olhos, fixar os principais pontos da nossa exposição para nos convenceremos de que a hipótese aventada por Berthe M. Marti (136) de Gomes Pais, candidato e parte litigante na questão de 1402-1403 com as autoridades do Colégio de S. Clemente de Bolonha, doutorado na Universidade em Fevereiro de 1414, se poder identificar com Gomes de Portugal, reitor do Colégio em 1410-1411, é plenamente confirmada pela conjugação dos documentos pontifícios e do mesmo Colégio, sem esquecer a documentação portuguesa. A actividade de Gomes Pais, procurador do Cabido de Lisboa nas Cortes de 1418 e oficial do arcebispado, no aspecto eclesiástico e civil, inclusive

---

(135) AV, Reg. Lat. 318, fl. 8-9.

(136) BERTHE M. MARTI, *Gomez versus the Spanish College at Bologna*, em *Didascaliae, Studies in honor of Anselm M. Albareda*, p. 318.

suas relações com a Corte de Portugal e com a Universidade de Lisboa, para cujos Estatutos prestou o seu contributo, bem mostram a importância da figura intelectual deste reitor do Colégio de S. Clemente.

4. JOÃO PEREIRA, DOUTOR EM LEIS, E ANTÓNIO MARTINS, DOUTOR EM DECRETOS, VICE-REITORES DO COLÉGIO, RESPECTIVAMENTE EM 1440-1441 E 1443

A notícia sobre a estadia do português João Pereira no Colégio de S. Clemente e governo do mesmo como vice-reitor dá-no-la a relação de 26 de Novembro de 1440 sobre o pedido de vários conselheiros, capelães e não poucos escolares ao vigário geral para decretar a eleição de novo reitor, por lhes ser impossível suportar o que então ocupava o cargo. João Pereira pertencia ao número dos suplicantes. Dando-lhes plena razão, o vigário decidiu a expulsão do reitor. E nesse mesmo dia elegeram os escolares a João Pereira, cuja eleição foi confirmada pelo vigário.

Ao apresentarem o pedido de expulsão do reitor, os queixosos diziam constituir o Colégio em peso, porque Pedro Marino, apesar de não tomar parte no litígio, também se lamentava do proceder do reitor. O caso tinha chegado a proporções tais que se temia desse ocasião a mortes, como aliás referia também João Pereira na visita oralmente:

«In Christi, nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo, indictione tertia, die vigesimo sexto mensis Novembris. Coram venerabili et sapiente viro domino Johanne de Podio, iuris utriusque doctore, canonico Boñ, reverendissimi in Christo patris et domini Nicolai, miseratione divina tituli sancte Crucis in Jerusalem presbyteri cardinalis et episcopi Boñ et principis, vicario generali, existenti Boñ et episcopali palatio, in camera residentie ipsius domini vicarii personaliter comparuerunt honorabiles viri domini .. consiliari, scolares et capellani collegii scolarium bone memorie domini Egidii episcopi Sabinensis, in civitate Bononie fundati, quorum nomina sunt ista videlicet dominus Gometius de Ispania, canonista, dominus Antonius Fernandi, theologus, magister Johannes de Turribus, medicus, consiliarii et scolares, dominus Johannes Pereira de Portugallia, canonista, dominus Johannes de Sibilia, canonista, dominus Bernardus Fort de Aragonia, medicus, scolares, dominus Nicolaus de Venetiis, dominus Gratiadeus de Castro Bolognesio, dominus Johannes de Salles et dominus Timedeus de Forlivo, capellani prefati collegii, ipsi omnes unanimiter et concorditer una voce que-

relanter exposuerunt prefato domino vicario quod dominus Fernandus Bassant, ad presens rector dicti collegii, est effectus homo rissosus, scandalosus et non dimittit scolares neque capellanos dicti collegii vivere in pace et pluribus ex eis minatus est et quotidie minatur gravia inferre adeo quod timetur per omnes predictos ne propter suas rissas deveniatur ad arma inter eos et homicidium seu homicidia exinde sequantur propter ipsius insolentias et tedia, quamvis nullus de domo sit cum eo ad istas insolentias et rissas. Et quod non sunt aliqui in dicto collegio qui de hoc non doleant, quamvis dominus Petrus de [Marino] non moveatur ad hanc querelam proponendam contra eum, sicut et omnes alii de domo, propter amicitiam quam habuit cum eodem, sed tamen omnia predicta novit et de ipso rectore dolet quod sic se habeat. Et petierunt a prefato domino vicario ut amoveat eum a rectoratu vel saltem det licentiam scholaribus ad evitanda scandala, rissas, discordias et armorum commotionem et alia que inde sequi possent, ut eligant sibi aliquem alium in vicerectorem dicti collegii et dictum dominum Fernandum detineant, donec sue administrationis rationem reddiderit et deinde eum expellant de dicto collegio.

1440, die 26 Novembris. In nomine sancte et individue Trinitatis. Coram venerabili viro domino Johanne, vicario, personaliter constitutus dominus dominus Johannes Perera de Portugalia, scholaris collegii domini Sabinensis interrogatus suo sacramento et dixit testificando quod dominus Fernandus Bassant, ad presens rector dicti collegii, est homo scandalosus, rissosus et discordias seminans in collegio et tiranice volens dominari, minatur mortem pluribus de domo eius, ex quo omnes de collegio dubitant ne scandalum mortis alicuius vel aliquorum subsequatur» (137).

O vigário do bispo de Bolonha, recebidas estas acusações, procurou informar-se junto de quatro testemunhas fidedignas e, averiguada a verdade de quanto diziam os escolares, deu licença a estes de elegerem um vice-reitor e de expulsarem o reitor Fernando Bassant, detendo-o antes, até dar contas da sua administração, sem, contudo, o perseguirem fisicamente. A eleição do português João Pereira foi por assim dizer unânime, pois de seis votos teve cinco:

«In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo, indictione tertia, die vigesimo sexto mensis Novembris, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii, divina providentia pape quarti. Venerabilis et sapiens vir dominus Johannes de Podio, utriusque iuris doctor, canonicus Bofi, reverendissimi in Christo patris et domini domini Nicolai, miseratione divina tt. sancte Crucis in Jerusalem presbyteri cardinalis et ecclesie Bononie episcopi et principis, vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis, percepta querella ab

---

(137) ASB, Rogiti di Rolando Castellani, busta 25, n. 29.



honorabilibus viris domino Gometio de Ispania, magistro Antonio Fernandi, magistro Johanne de Turribus, consiliariis, domino Johanne Pereira de Portugalia, domino Johanne de Sibia, magistro Bernardo Fort de Aragonia, scolaribus, necnon domino Nicolao de Venetiis, domino Gratiadeo de Castro Bolognesio, domino Johanne de Sales de Corduva et domino Timedeo de Forlivo, capellanis collegii bone memorie domini Egidii episcopi Sabinensis, fundatoris dicti collegii, personaliter exponentibus coram ipso domino vicario dominum Fernandum Basanta, rectorem dicti collegii, fore rissosum et scandalosum et quod non dimittit scolares neque capellanos dicti collegii vivere in pace et quod pluribus ex eis minatus est et quotidie minatur gravia inferre adeo quod timetur per omnes predictos ne propter rissas suas predictas deveniantur ad arma inter eos et homicidium seu homicidia exinde sequantur et habita super his informatione a quatuor testibus fidedignis, illud idem in effectu suo iuramento deponentibus, cupiens in hoc salubre adhibere remedium, ne scandala ulterius oriantur in dicto collegio et ut residentes in eo vivere possint in pace, licentiam dedit dominis scolaribus dicti collegii eligendi vicerectorem in dicto collegio iuxta formam Statutorum et ritum collegii predicti ac etiam amovendi dictum dominum Fernandum ab omni administratione officii rectoratus collegii predicti et bonorum eiusdem et ipsum personaliter detinendi in domo dicti collegii, donec ydoneam reddiderit rationem de omnibus gestis et administratis ac receptis et impensis per eum ac secundum formam Statutorum dicti collegii ac deinde ipsum expellendi de dicto collegio, dum tamen non ledatur nec percutiatur atrociter per aliquem vel aliquos de collegio predicto, etiam invocando ad hoc per ipsos auxilium brachii secularis, si fuerit opportunum, mandans idem dominus vicarius, etiam rogantibus dictis scolaribus, quod per me Rolandum notarium infrascriptum publicum de premissis conficeretur instrumentum.

Actum Bononie in episcopali palatio, in camera residentie dicti domini vicarii, presentibus ibidem domino Johanne condam Floriani, olim sartore capelle sancti Thome de Merchato, et Jacobo condam Michaelis de Provençalibus de terra Argelis comit. Boñ, testibus ad predicta vocatis et rogatis. Nota et rogatio mei Rolandi Alberti de Castellanis, notarii Bononiensis.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo, indictione tertia, die sabbati, vigesimo sexto mensis Novembris, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Eugenii divina providentia pape quarti. Ad presentiam suprascripti domini vicarii redeuntes honorabiles viri dominus Gometius de Ispania, dominus Antonius Fernandi, magister Johannes de Turribus, consiliarii, dominus Johannes Perera de Portugalia, dominus Johannes de Sibia, magister Bernardus Fort de Aragonia, omnes scolares dicti collegii, exposuerunt dicto domino vicario quod ipsi qui faciunt et representant totum collegium predictum, cum sint ultra quam due partes eorum, cum non sint in dicto collegio alii scolares quam ipsi, nisi dominus Petrus Marini et dominus Fernandus qui actenus fuit rector dicti collegii, ipsi omnes vigore Statutorum collegii predicti et licentie hodie sibi date per dictum dominum vicarium ex causis in instrumento licentie insertis, insimul convenerunt in ecclesia cathedrali Boñ ad tractandum et ex causa trac-

tandi et providendi de vicerectore dicti collegii propter causas supradictas et prout eis licuit et quod tandem omnes dederunt voces suas in scriptis per cedulas super his quas diligenter et fideliter recipi fecerunt per dominum Nicolaum de Venetiis, antiquiorem capellanum collegii predicti, secundum formam Statutorum predictorum et quod successive publicatis dictis vocibus per dictum dominum Nicolaum capellanum evidenter et manifeste constitit dictum dominum Johannem Periera de Portugalia habuisse et habere quinque voces ex sex vocibus ipsorum sex scolarium, voce ipsius domini Johannis non computata in his quinque vocibus, et sic legitime fuit et est electus a maiore parte totius collegii in vicerectorem ipsius collegii. Et ad evidentiam rei presentari fecerunt per ipsum dominum Nicolaum capellanum eidem domino vicario cedulas omnes ipsorum elligentium et cum instantia petierunt ipsum dominum Johannem electum confirmari per dictum dominum vicarium in vicerectorem collegii predicti et ab eodem domino Johanne prestari solitum iuramentum de huiusmodi officio vicerectoratus fideliter exercendo iuxta formam dictorum Statutorum.

Qui dominus vicarius, auditis predictis et visis dictis cedulis eligentium predictorum et habita fidedigna relatione dicti domini Nicolai capellani, ibidem presentis, affirmantis omnia et singula supradicta vera esse, eundem dominum Johannem Pereira de Portugalia sic ut premittitur electum, ibidem presentem et acceptantem, confirmavit in vicerectorem collegii predicti. Qui dominus Johannes vicerector ad dellationem dicti domini vicarii corporaliter iuravit ad sancta Dei evangelia, manu tactis scripturis, in manibus dicti domini vicarii fideliter et legaliter exercere officium vicerectoratus huiusmodi et bona dicti collegii et iura pro posse servare et scolaribus et aliis de dicto collegio debitum impendere iuxta posse et secundum facultates dicti collegii et omnia alia et singula facere et exercere, ad que secundum formam Statutorum predictorum tenetur et debet.

Quibus sic peractis, omnes scolares predicti, quorum nomina superius sunt expressa, ac etiam prefatus dominus Nicolaus et ceteri capellani dicti collegii ibidem presentes, delato sibi sacramento per dictum dominum vicerectorem, corporaliter iuraverunt, manibus tactis scripturis, in manibus dicti domini vicerectoris esse sibi obedientes in omnibus licitis et honestis secundum formam dictorum Statutorum, de quibus omnibus mandaverunt predicti domini vicarius, vicerector et alii supradicti per me Rolandum notarium infrascriptum de premissis publicum fieri instrumentum, quod quidem instrumentum ad maioris roboris firmitatem idem dominus vicarius sigilli dicte Curie episcopalis Bononie iussit impressione muniri. Actum Bononie in episcopali palatio, in camera residentie dicti domini vicarii, presentibus venerabilibus viris domino Gratiadeo de Castro Bolognesio, domino Johanne de Sales et domino Timedeo de Forlivio, capellanis collegii predicti, testibus ad predicta vocatis et rogatis. Nota et rogatio mei Rolandi Alberti de Castellanis, notarii Bononie» (138).

---

(138) ASB, Rogiti di Rolando Castellani, busta 25, n. 30-31.

A fim de acabar com as questões surgidas e outras que poderiam levantar-se entre o vice-reitor, conselheiros e escolares do Colégio com o reitor expulso, o vigário, com o conselho de exímios juristas, mandou ao vice-reitor, no dia 12 de Janeiro de 1441, desse 50 libras bolonhesas a Fernando Basanta, antigo reitor, com a condição de este renunciar a todo e qualquer direito que pretendia ter ao Colégio. E o mandato foi executado pelo vice-reitor nesse mesmo dia:

«M.cccc xli, indictione quarta, die xii Januarii. Nos Johannes de Podio, iuris utriusque doctor, canonicus Boñ, reverendissimi in Christo patris et domini Nicolai, tt. sancte Crucis in Jerusalem presbyteri cardinalis, ecclesie Boñ episcopi et principis, vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis, ad extinguendas lites, controversias, risas et schandala et pericula tam orta quam ea que oriri possent quoquo modo per et inter dominum Fernandum Basanta, olim rectorem scholarium collegii bone memorie domini Egidii episcopi Sabinensis, in civitate Boñ fundati, ex una parte, et dominos vicirectorem et consiliarios et scolares prefati collegii ex altera parte et pro peragenda et successive manutenenda pace, concordia et tranquillitate inter partes predictas, de consilio eximiorum iuris utriusque doctorum dominorum Johannis de Anania, Antonii de sancto Petro et Bartolomei de Lambertinis, cum quibus plenarie contulimus et mature deliberavimus super his, omni modo, iure, causa, via et forma, quibus melius et efficacius possumus, mandamus vobis vicirectori et consiliariis dicti collegii quatinus de bonis collegii predicti infra tres dies proximos dare, tradere, solvere, numerare, dimittere et libere relaxare debeatis dicto domino Fernando libras quinquaginta Boñ, ita tamen quod tempore solutionis per vos faciende idem dominus Fernandus libere renunciare debeat omni et cuicumque iuri quod pretenderet idem dominus Fernandus sibi deberi in dicto collegio quovis titulo, nomine, ratione vel causa, et promittere vobis aut notario publico nomine vestro stipulanti quod decetero non molestabit vos vel aliquem de dicto collegio communiter vel particulariter de iure vel de facto, quacumque ratione vel causa dependente ex premissis vel aliquo premissorum sub infrascripta pena et eo sic renuntiante et promittente, ut supra dictum est, eundem dominum Fernandum absolvere debeatis ab omni eo et toto quod nomine dicti collegii et pro ipsius collegii universitate peti et exigi posset quovis modo, ratione vel causa, ab ipso domino Fernando seu in bonis eiusdem. Et quod exinde fieri debeat pro cautione ambarum partium predictarum publicum instrumentum vallidandum mutua promissione de ratihabitione(?) omnium et singulorum premissorum et sub mutua pena centum librarum Boñ hinc inde soleniter promittenda ac mutua obligatione bonorum ipsarum partium, renuntiationibus et iuramento, etc., in forma valida.

Actum Boñ in episcopali palatio, in camera dicti domini Johannis, presentibus Francischo de Albergatis, domino Jeronimo de Ghisilardis, legum doctore, domino Antonio condam Bartolomei de Podio et magistro Nicolao... et infrascripto Rolando rogat. in solidum et aliis pluribus testibus ad predicta vocatis.

Dictio die. Facta fuit solutio per dominum vicerectorem de libris quinquaginta Boñ domino Fernando Basanta, qui dominus Fernandus absolvit et promissit ut supra» (139).

No documento sobre o pagamento das libras bolonhesas, feito por João Pereira, vice-reitor do Colégio, em nome também dos conselheiros e escolares, e sobre a renúncia do antigo reitor a qualquer direito no Colégio, juntamente com a promessa de não causar moléstia alguma aos mesmos, fala-se da restituição dum livro de Inocência, a fazer por Fernando Basanta:

«Egregius et sapiens vir dominus Johannes de [Portugalia], vicerector scolarium collegii bone memorie domini Egidii episcopi Sabinensis, in civitate Boñ fundati, tanquam vicerector predictus suo nomine ac vice et nomine consiliariorum et aliorum scolarium dicti collegii de bonis ipsius collegii, causa adimplendi mandatum eis hodie factum pro parte venerabilis et egregii viri domini Johannis de Podio, canonici Boñ, vicarii generalis Curie episcopalis Boñ, de consilio egregiorum iuris utriusque doctorum dominorum Johannis de Anania, Antonii de sancto Petro et Bartolomei de Lambertinis, ex causis maxime et rationibus in eodem mandato insertis, de quibus patet publica scriptura scripta per nos notarios infrascriptos et pro obtinenda renuntiatione et promissione et aliis infrascriptis ab infrascripto domino Fernando sponte, etc., dedit et manualiter solvit, tradidit et dimisit egregio viro domino Fernando Basanta, olim rectori dicti collegii, ibidem presenti et manualiter recipienti, libras quinquaginta Boñ in pecunia partim aurea, partim pilienorum et partim quatenorum ascendentium ad valorem et summam dicte quantitatis librarum quinquaginta Boñ ex causa et causis, de quibus et prout latius continetur in mandato predicto. Et hoc fecit quia ex adverso idem dominus Fernandus dictam pecunie quantitatem recipiens et apprehendens et ea iam sic recepta et apprehensa per eum, sponte et libere renuntiavit omni et cuicumque iuri eidem dicto Fernando quomodolibet competenti in dicto collegio, quovis titulo, modo, ratione vel causa ac etiam promissit ipsi domino Johanni vicectori et nobis notariis infrascriptis ut publicis personis presentibus et stipulantibus vice et nominibus omnium et singulorum de dicto collegio, non inquietare, molestare vel turbare ipsos dominos vicerectorem seu rectorem, consiliarios et scolares dicti collegii nec aliquem eorum communiter vel singulariter seu divisim, de iure vel de facto, quacumque ratione vel causa, occasione aliquorum deductorum seu comprehensorum in mandato predicto aut occasionatorum dependentium vel choherentium a predictis vel aliquo predictorum.

Qua quidem renuntiatione et promissione sic ut premititur factis, dictus dominus Johannes vicerector, suo nomine tanquam vicerector predictus ac

---

(139) ASB, Rogiti di Rolando Castellani, busta 23, n. 36.

etiam vice et nomine universitatis tam consiliariorum quam scolarium dicti collegii, absolvit dictum dominum Fernandum ibidem presentem et recipientem ab omni eo et toto quod pro parte dicti collegii et universitatis eius nomine peti et exigi posset ab ipso domino Fernando seu in bonis eiusdem quacumque ratione vel causa, salva tamen et firma manente promissione hodie coram testibus nobis notariis infrascriptis facta per prefatum dominum Bartolomeum de Lamber-  
tinis ipsi domino Johanni vicereктору, nomine dicti collegii stipulanti de dando, reddendo et restituendo eidem collegio unum librum Innocentii habitum per dictum dominum Fernandum de domo dicti collegii et nondum restitutum pretii et extimationis librarum sex Boñ secundum assertionem partium predic-  
tarum vel saltem de dando et solvendo ipsi collegio libras sex Boñ pro pretio dicti libri Innocentii habiti et non restituti ut supra, cui promissioni per dictum dominum Bartolomeum sic ut premititur facte per suprasertam absolutionem nichil sit nec esse intelligatur quomodolibet derogatum.

Que omnia et singula promiserunt dicte partes videlicet dictus dominus Johannes vicerector, suo nomine tanquam vicerector predictus ac vice et nomine universitatis tam consiliariorum quam scolarium dicti collegii, ex una parte et dictus dominus Fernandus ex alia parte sibi ad invicem et vicissim dictis modis et nominibus solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus perpetuo firma et ratha habere, tenere, attendere, observare et adimplere et in nullo contrafacere, dicere, opponere vel venire per se vel alium seu alios, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, in iudicio sive extra, sub pena mutua librarum centum Boñ hinc inde interveniente promissa, etc., pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et efficaciter adimplendis prefatus dominus Johannes vicerector, modis et nominibus quibus supra, omnia et singula sua bona et iura mobilia et immobilia presentia et futura sibi ad invicem et vicissim dictis modis et nominibus solemniter obligaverunt cum mutuis renuntiationibus et sacramento ... per dictas partes solemniter pres-  
tito, etc. Actum ut supra proxime, presentibus testibus suprascriptis...» (140).

Tendo entrado no Colégio de S. Clemente como canonista (141), João Pereira acabou por se dedicar ao estudo de direito civil, continuando no Colégio, até doutorar-se nesta ciência. Já em 27 de Outubro de 1438 que o tinham designado para ler direito civil durante o ano académico de 1438-1439 — «1438-39 Lecture Universitatis in iure civili. Ad lecturam Voluminis dominus Ioannes Perrera de Portugalia. Datum Bononie, die 27 Octobris» (142). A 30 de Outubro de 1441 recebia o grau de licenciatura em direito civil no Estudo de Bolonha, depois

---

(140) ASB, Rogiti di Rolando Castellani, busta 23, n. 36.

(141) Cf. docum. correspondente à nota 127.

(142) Cf. UMBERTO DALLARI, *I Rotuli dei Lettori Legisti e Artisti dal 1384 al 1799*, vol. I, Bologna 1888, p. 11.

de o Colégio dos Doutores, reunido a 26 de Outubro, lhe permitir a ele, escolar *in collegio Hispanorum*, o exame de licenciatura em direito civil, dispensando-o dos estatutos em contrário:

«MCCCCxli, de mense Octubri ... Die vero xxvi Octubris, dispensatum fuit cum domino Ioanne Pe[re]ra de Hispania, scolare in iure civili, in collegio Hispanorum, generaliter ut, non obstantibus quibuscumque, posset se subicere privato examini in iure civili, presentibus decem doctoribus et nemine discrepante in domo domini Guasparis de Rufinis.

Eodem die, in domo dicti domini Guasparis michi priori antedicto presentatus fuit dictus dominus Johannes Pe[re]ra, subiciendus examini iuris civilis pro die lune proxima subsequenti que erat dies trigessima predicti mensis, per famosos doctores dominum Bartolomeum de Lambertinis et dominum Johannem de Podio, suo nomine et vice et nomine domini Nicholay de Gisilardis. Ego auctoritate et officio predictis detuli presentationi predictae et dictum diem assignavi pro examine predicto fiendo.

Die xxx Octubris examinatus et approbatus fuit dictus dominus Johannes de Pe[re]ra de Yspania, nemine discorde, habuitque in punctis a domino Jeronimo de Gisilardis: L. Si fideiussorum lap. ff. Mandati, et a domino Petro de Magnanis L. I C. Si adversus creditorem, presente domino Rodorico de Mediolano, licentiato in iure civili et tunc vice archidiacono» (143).

O doutoramento teve lugar no mesmo ano de 1441, lá para os fins, mas na Cúria pontifícia, porque ele tinha contraído certas inimizades na cidade de Bolonha e não ousava, por isso, doutorar-se aí, apesar do juramento que, da mesma forma que todos os promovidos ao grau da licenciatura, prestara de não receber as insígnias doutorais senão no Estudo de Bolonha. Nesse intuito pediu a Eugénio IV o dispensasse de tal obrigação, encarregando algum cardeal (nomeia expressamente o cardeal de Santo Ângelo), de lhe conferir as insígnias doutorais após o exame respectivo do cardeal e doutores, a designar para o efeito. O papa atendeu ao pedido a 13 de Novembro de 1441:

«Beatissime Pater, cum ex statutis et ordinationibus Studii civitatis Bononiensis caveatur expresse quod inibi in aliqua facultatum iuris canonici vel civilis gradum licentie assumens, alibi quam ibidem insignia et gradum doctoratus recipere nequeat quodque promoti omnes ad licentie gradum huiusmodi iuramento ad hoc se astringant et devotus S. V. Johannes Perera,

---

(143) Publ. em ALBANO SORBELLI, *Il «Liber Secretus Iuris Caesarei» dell' Università di Bologna*, II, Bologna 1942, pp. 194-195.

de nobili genere procreatus qui litterarum iuris civilis studio diu insudans, tandem gradum inibi licentie cum rigore examinis in facultate iuris civilis recepit et corporali, tactis per eum scripturis sacrosanctis, iuramento alibi quam in dicto Studio Bononiensi insignia et gradum doctoratus recipere se astrinxit (?) ac nonnullis inimicitiis contractis in dicta civitate cum aliquibus personis et ex causis aliis animum suum moventibus gradum et insignia doctoratus recipere inibi minime ausus sit, pro tanto supplicat S. V. dictus Johannes quatinus, Statutorum huiusmodi tenores hic habentes pro expressis, sibi que specialem gratiam facientes ac iuramentum sic ut prefertur per eum prestitum relaxari, alicui ex reverendissimis sancte Romane ecclesie cardinalibus et si placeat domino cardinali sancti Angeli committere mandare dignemini quatinus, si sibi legitime de licentie gradus cum rigore examinis in dicta facultate iuris civilis receptione et alias prefatum Johannem per suam et aliorum ad hoc vocatorum doctorum examinationem sufficientem eis constiterit, prefato Johanni per se vel alium insignia doctoratus huiusmodi iuxta mores in talibus solitos conferat ipsumque in iure civili doctorem constituat et decernat, in omnibus et per omnia, ac si in dicto Studio Bononiensi gradum ipsum et insignia doctoratus recepisset, premissis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. — *Concessum ut petitur in presentia domini nostri pape. C. Ariminensis.*

Datum Florentie, Idus Novembris, anno undecimo» (144).

Depois do doutoramento, não deve ter demorado a regressar a Portugal. Aqui o vamos encontrar pelo menos em 1443. Disso é prova documento do mosteiro de Santa Cruz de Coimbra de 25 de Maio desse ano de 1443. Na verdade, é dado aí como presente, na companhia de outros literatos, como o doutor João Beliáua: «Saibham quantos este estromento de conçoerto descambo virem que no ano da era do nascimento de noso Senhor Jhesu Christo de mil e quatroçentos e quorenta e trez annos, sabado, vinte e cinco dias do mez de mayo da dicta era ... presentes ... Luis A<sup>o</sup> mestre escola de Braga e Lopo Afonso sacretario del Rey e o doutor Joham Beliauga e Luiz Martinz desenbargador e Pero Lobato, juiz dos factos del Rey, e dom Fernando de Castro irmão do dicto dom Fradique e o doutor Joham Pereira...» (145).

A 28 de Abril de 1445 aparece como desembargador de el-rei de Portugal, juntamente com D. Álvaro de Castro do conselho régio e os doutores Álvaro Afonso e Rui Gomes, em instrumento de obrigação

---

(144) AV, Reg. Suppl. 377, fl. 195-195v.

(145) ANTT *Santa Cruz de Coimbra*, liv. 4, fl. 108-109.

entre o Infante D. Pedro, regente do reino, e D. João, rei de Castela e Leão: «Em Nome de Deus amen. Sabham quantos este estormento dobligaçom virem que, no anno de Nosso Senhor Jhesu Christo de mill e quatroçentos e quoreenta e cinco anos, viinte e oyto dias do mes dAbrill do dicto anno... Testemunhas que a esto foram presentes dom Alvaro de Castro do conselho delrrei de Portugal e Diego Gonçallvez de Travaços outrossy do consselho do dicto sseñhor rrei e o douctor Joham Pereira e o douctor Alvaro Afonso e o douctor Rui Gomez, todos do desenbargo do dicto sseñhor rrey de Portugal...» (146).

\*

Também António Martins de Portugal foi vice-reitor do Colégio de S. Clemente. Levou muito tempo a doutorar-se, porque já durante o Concílio de Ferrara-Florença aparece como bacharel em direito canónico. A sua longa permanência em Itália, sobretudo depois de ter recebido o grau de bacharel em direito canónico, explica-se por seguir a Cúria e por estar ao serviço do Infante D. Pedro, de quem era familiar, e de seu filho o cardeal D. Jaime. Precisamente a pedido de D. Pedro, duque de Coimbra, de quem se declara familiar, Eugénio IV por letras de 11 de Março de 1437, depois de lhe ter conferido o canonicato de Viseu, com reservação da prebenda, e da perpétua porção na igreja paroquial de S. Miguel de Aveiro, concede-lhe a graça de ser preferido na consecução da sobredita prebenda de Viseu, apesar das faculdades concedidas ao bispo D. Vicente de conferir, por autoridade apostólica, quatro canonicatos com a reservação da prebenda:

«Eugenius, etc. Dilecto filio Antonio Martini, canonico Visensi. Salutem etc. Vite ac morum honestas... Hodie siquidem tibi de canonicatu cum reservatione prebende ac officii ecclesie Visensis necnon perpetue portionis sine cura in parrochiali ecclesia sancti Michaelis de Aveyro Colimbriensis diocesis, in qua plures perpetue portiones sine cura fore noscuntur, si que vacabant tunc vel cum vacarent, per alias nostras litteras gratiose providimus, prout in illis plenius continetur.

Cum autem nos dudum antea prelati et aliis personis ecclesiasticis, ad quos dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio et presentatio seu quevis alia dispositio pertinent, de quibusvis officiis ac cano-

---

(146) Em *Monumenta Henricina*, vol. VIII, Coimbra 1967, n. 189, pp. 281-284.



nicatibus et prebendis necnon aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, que infra quinquennium a certa die tunc expressa computandum in singulis Martii, Junii, Septembris et Decembris mensibus vacare contingeret, dummodo dispositioni apostolice generaliter reservata non forent, perinde ac si alique a sede apostolica vel ipsius legatis expectative gratie aut super eis reservationes non emanassent, libere disponendi etiam cum decreto irritante primo et deinde per alias nostras litteras venerabili fratri nostro Ludovico episcopo Visensi conferendi auctoritate nostra ea vice dumtaxat quatuor canonicatus ipsius ecclesie Visensis totidem personis idoneis ad hoc per eum eligendis cum plenitudine iuris canonici necnon prefatis personis de dictis canonicatibus providendi ac reservandi donationi sue auctoritate predicta pro personis eiusdem quatuor prebendas ipsius ecclesie Visensis et etiam illas quas post earum vacationes dicte persone infra certi tunc expressi spatium temporis acceptarent, ipsis personis conferendi et de illis etiam providendi ac quedam alia etiam tunc expressa faciendi concesserimus facultatem necnon personas ipsas omnibus aliis etiam auctoritate prefata in ipsa ecclesia Visensi receptis vel etiam cum quibusvis ac motu proprio et sub quacumque forma verborum concessis ac imposterum concedendis antelationum prerogativis et indultis prebendas inibi expectantibus, preterquam venerabilibus fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus et dilectis filiis familiaribus nostris continuis commensalibus in libro cancellarie eiusdem Romane Ecclesie descriptis ac in aliqua licita facultate graduatis, si persone huiusmodi graduate non forent, in assecutione dictarum reservandarum prebendarum voluerimus anteferri, Nos, ut litterarum provisionis huiusmodi quantocius consequaris effectum providere ac te, premissorum meritorum tuorum intuitu, et pro quo etiam dilectus filius nobilis vir Petrus dux Colimbriensis, asserens te dilectum suum familiarem fore, nobis super hoc humiliter supplicavit, gratioso favore prosequi volentes, ducis huiusmodi necnon tuis in hac parte supplicationibus inclinati, volumus et apostolica tibi auctoritate concedimus quod tu in assecutione dicte prebende ecclesie Visensis, quam vigore gratie necnon litterarum provisionis huiusmodi rite acceptaveris et de qua tibi provideri feceris singulis personis prefatis, etiam si per dictas litteras facultatis eiusdem per ipsum episcopum electe sint, possis et debeas anteferri et etiam quoad hoc quod gratia necnon acceptatio ac tibi facienda provisio huiusmodi locum sibi vendicent ac sortiantur effectum, priori facultati predictae derogamus eadem auctoritate per presentes, ipsis facultatibus alias in suo robore duraturis. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis que in litteris provisionis huiusmodi non obstare volumus ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, etc. nostre voluntatis, concessionis et derogationis infringere, etc. Si quis, etc.

Datum Bononie, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, quinto Idus Martii, anno septimo» (147).

---

(147) AV, Reg. Lat. 358, fl. 250v-251v.

Não muito depois desta graça de Eugénio IV, talvez ainda em 1437, recebia o grau de bacharel em direito canónico. Gonçalo o *prove criado de Jº de Lamego* que se encontrava na *terra de Nossa Senhora a duquesa de Bergonha por hir a corte de Roma por alg. indulg.*, comunica em carta de 20 de Abril que *a Deus aprouve dachar en casa da duquesa, este Antom Martinz bacharel, portador desta* (148).

A 30 de Novembro de 1438, o nosso António Martins, bacharel em decretos, escrevia, desde Parma, ao abade de Florença D. Gomes, referindo-se ao Dr. Vasco Fernandes de Lucena e a certa comissão a Frei Gil de Tavira, relacionada com soma de dinheiro mandada de Portugal para os embaixadores régios ao Concílio e a estes enviada de Bolonha a Basileia. A carta tem ainda importância pelas notícias que fornece sobre o Concílio de Basileia-Ferrara, em relação com a reunião de Nurimberga:

«Reverendissime in Christo pater et domine. Omni debita recommendatione premissa. Recepi litteras dominationis vestre per Johannem Petri, familiarem reverendissimi patris et domini Card. Sensi enim quod neglectu meo esset verum id quod Antonius de Pixis scripsit dominationi vestre ac mihi respondit quod absit, non enim tantum sollicitarem dominationi vestre, si certus non essem quod quinque ducati manserant de numero illius pecunie quam habuit sepefatus Valascus doctor. Recordor enim et scio pro vero quod in litteris quas dominatio vestra misit monacho vestro pro tunc existenti in abbatia Bono., solita habitatione dominationis vestre, per Rodericum familiarem dicti doctoris, erat introclusa parva quedam cedulla qua continebatur de arestatione dictorum ducatorum; fuerunt, me presente, predicte littere dicto monacho presentate et ab ipso aperte et lecte et dicta cedula reperta. Instantissime ipsum rogavi operam daturum illi commissioni dominationis vestre quod, ut promisit, fecit.

Preterea dictus Valascus non commisisset fratri Egidio de Tavira, consotio suo, de istis v ducatis, de quibus idem frater dominationi vestre scripsit, si sibi non defecissent de numero. Non etiam credo me tantum ignarum et tantum superfluum, sollicitando dominationi vestre, si de hoc certificatus non essem. Sed quoniam memoria hominis labilis est, non miror quod dominatio vestra ita scripserit nec quid mali inde suspicor, sed quoniam via est ad huius rei veritatem deveniendi, supplico dominationem vestram certificari de summa missa dictis ambaxiatoribus de regno et de illa que eis missa est Basileam de Bononia et inde veritas patebit et dominatio vestra erit certiorata utrum predicti quinque ducati remanserunt vel non. Alioquin ego perdam solum et

---

(148) Bibl. Nac. de Florença, cod. Bad. 4, p. 267.

dicto fratri Egidio occasione illius cedule, quam a me habet, de qua alias scripsi dominationi vestre solvam, cum nec dictus Valascus doctor eos ducatos habuerit nec ab illo speret habere, nisi a me, non obstante quod in eis mihi tenetur. Hoc loquor, prout contingere potest, inspecta iustitia regni nostri.

Et ut in tantum detrimentum ac iacturam non deveniam, humillime supplico dominationem vestram huic rei operam adhibituram et mihi super hoc scripturam, ne ulterius eam scriptis meis tedio afficiam. Nova de Nuremberga adhuc non sunt, cum autem fuerint, presto communicabo dominationi vestre. Ex Parma, ultima novembris. Altissimus vos conservet atque dominationem vestram ad optatum protendat. Vestre dominationis humilis servitor et ad beneplacita paratus. Antonius, in decretis bachalarius» (149).

Desta carta se infere que António Martins seguia a Cúria pontifícia. Temos aliás documento pontifício anterior que nos fala claramente da sua presença na Cúria. Trata-se de súplica, atendida a 15 de Maio de 1438 por Eugénio IV. Declarando-se bacharel em decretos e clérigo da diocese de Lisboa, presente na Cúria, que seguiu por muito tempo, refere ter sido dispensado do impedimento de ilegitimidade para ascender a todas as Ordens e, em virtude dessa dispensa, ter-se feito clérigo. Pretendia agora ser totalmente livre de qualquer inabilidade para aceitar, reter e trocar benefícios e dignidades de qualquer espécie:

«Beatissime Pater, dudum cum devoto S. V. oratore Anthonio Martini, bacallario in decretis, clerico Ulixbonensis diocesis, in Curia presenti et qui dictam Curiam diu secutus fuit, super defectu natalium quem patitur de soluto genito (*sic*) et soluta ut, eo non obstante defectu, ad omnes sacros ordines promoveri valeret ordinaria et deinde apostolica auctoritatibus dispensatum extitit, quique post dispensationem huiusmodi se clericali caractere insigniri fecit, prout in litteris super huiusmodi dispensat. confectis, quarum tenorem hic habentes pro sufficienter expresso, plenius continetur.

Verum, Pater Beatissime, prefatus Antonius Martini ad plenum habilitari desiderat, si V. S. ad hoc pium prebuerit assensum. Eapropter supplicat eidem S. V. prelibatus Antonius quatinus omnem infamie et inhabilitatis maculam quam pretextu huiusmodi defectus natalium, quem patitur, abolentes secum que ut quecumque beneficia ecclesiastica, etiam si canonicatus et prebende, dignitates, etiam si maiores post pontificales existant, personatus, administrationes vel officia curat. et electiv. in metropolitanis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis existeñ (150), si sibi canonice quavis auctoritate conferantur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat, dispensare misericorditer

---

(149) Bibl. Nac. de Florença, cod. Bad. 4, p. 233.

(150) No ms. *existeñ*, mas com sinal de erro.

dignemini de gratia speciali, constitutionibus apostolicis ac iuribus ceterisque gratiis nequaquam obstantibus, cum clausulis oportunis. — *Concessum ut petitur in presentia domini nostri pape. C. Ariminensis.*

Datum Ferarie, Idus Maii, anno octavo» (151).

Desde esta súplica de 1438 até 1443 conhecemos apenas as notícias relativas à sua presença no Colégio de S. Clemente em Bolonha e à vice-reitoria em 1443. Pela documentação do Colégio sabemos que o *Antonius de Hispania*, um entre os delegados do Colégio na apresentação, a 2 de Maio de 1442, de João de Carillo como reitor ao vigário (152), se deve identificar com António de Madrigal, bacharel em teologia (153). É fora de dúvida que António Martins ingressou no Colégio no mês de Março de 1443 e ocupava em Agosto do mesmo ano o cargo de vice-reitor do Colégio, na ausência do reitor que teria deixado ordens para nada inovar. Isso serviu de pretexto para alguns escolares não lhe obedecerem, provocando a reacção do vice-reitor que chegou a recorrer à força. O caso foi tratado judicialmente na cúria de Bolonha e em apelação nos tribunais pontifícios. Precisamente contra as alegações dos queixosos, que diziam o nosso António Martins de Portugal excomulgado por ter recorrido à força contra alguns clérigos, o vigário geral do bispo de Bolonha passou uma declaração a 21 de Agosto de 1443, pela qual intimava e informava o reitor João de Aragão, conselheiros, escolares e outras pessoas do Colégio de S. Clemente de não constar do processo ou causa ventilada entre Pedro Afonso de Tordesilas duma parte e o vice-reitor do Colégio António de Portugal e síndicos do mesmo Jacobo de Hispania e João de Sevilha da outra, que o sobredito vice-reitor estivesse sujeito a alguma excomunhão:

«Ex parte venerabilis et egregii viri domini Ludovici de Garsiis, utriusque iuris doctoris, canonici Bononi, vicarii generalis curie episcopalis Bononi intimetur et notificetur venerabili et egregio viro domino Johanni de Aragonia, honorabili rectori necnon egregiis viris .. consiliariis ceterisque scholaribus ac personis collegii, olim bone memorie domini Sabinensis, Boni fundati, ac omnibus aliis presentes inspecturis quod cum per processum coram ipso domino vicario agitatum ex actis meis Philippi notarii infrascripti in causa vertente

---

(151) AV, Reg. Suppl. 347, fl. 164-164v.

(152) Cf. CELESTINO PIANA, *Nuove ricerche su le Università di Bologna e di Parma*, p. 362.

(153) *Ibidem*, p. 363.

inter dominum Petrum Alfonsi de Tordesillas ex una parte et venerabilem virum dominum Antonium de Portugallia, honorabilem vicerectorem dicti collegii, necnon viros egregios dominos Johannem de Sibia et Jacobum de Ispania, syndicos dicti collegii, ex alia parte, non constiterit nec constet ipsi domino vicario prefatum dominum Antonium esse excommunicatum nec aliquo vinculo excommunicationis illaqueatum per arctata (?) producta seu facta in dicta causa pro parte dicti domini Petri, quod ipse dominus vicarius non habet eum pro excommunicato nec reputat aut tenet ipsum dominum Antonium pro excommunicato. Et sic virtute dicti processus et contentorum in eo non est vitandus nec habendus aut tenendus ipse dominus Antonius ab aliqua persona pro excommunicato. Que omnia per declarationem mentium omnium predictorum eisdem per presentes duximus notificandum. Et hec omnia ad petitionem dicti domini Antonii. Datum Bononie, die vigesimo primo mensis Augusti. M<sup>o</sup>cccc<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>liii, indictione vi. Ex actis Philippi de Formaglinis notarii curie episcopalis Bonoñ» (154).

A notícia do ingresso de António Martins de Portugal no Colégio, por apresentação do deão e cabido de Salamanca ocorrido no ano de 1443, dá-no-la casualmente um dos acusadores na visita oral de Setembro do mesmo ano, os quais continuam a lembrar a suposta excomunhão, sobretudo os visados com as intervenções e castigos do vice-reitor. A julgar pelo depoimento de António Martins e doutros, a conduta moral de Lobo Ochon, sobretudo de Pedro Afonso, deixava muito a desejar:

«Visitatio collegii domini Sabinensis. Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, indictione sexta, die tertio mensis Septembris... Dicto die. Dominus Antonius de Portugallia, scolaris dicti collegii, consiliarius, iuravit iuxta morem et dixit prout in cedula quam presentavit et que est penes me, continetur. Item produxit die vi Septembris duas alias scripturas, etc.

Eodem die. Dominus Johannes de Sibia, scolaris dicti collegii, iuravit, etc., et dixit quod dominus Lupus non celebravit, prout tenetur... Item dicit quod dominus Petrus Alfonsi detinet publice quamdam meretricem in loco publico ut audivit et participavit de lucro illius meretricis, quia vidit dictum dominum Petrum recipere pecunias ab ipsa... Item dixit quod dominus Lupus dixit ipsi domino Johanni plura verba iniuriosa in dicto collegio...

Die sexto Septembris... Dominus Petrus Marino Concefi diocesis, scolaris collegii, iuravit, etc. Dominus Antonius de Portugallia a principio sui introitus videlicet de mense Martii (?) molestavit dominum rectorem et consiliarios

---

(154) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, fl. 28.

preteritos, ut admitterent eum ad collegium cum medio titulo decani et capituli Salamañ; domini miserunt istud factum domino Bartolomeo de Lambertinis et ipsi pro pace et concordia coram domino Tomasino de Cimeriis notario fuit factum compromissum ut ipse duceret aliam mediam partem tituli episcopi Salamañ infra terminum unius anni et rector et consiliarii promiserunt sibi dare medias expensas quas unus habet de anno ut constat in instrumento Tomasini de Cimeriis iurato, postea ivit ad curiam et reversus infra mensem fuit admissus totaliter in collegio sine alia parte tituli; inquirantur utrum ipse dominus Antonius tempore quo erat vicerector cum consilio consiliariorum imposuit penas quas imposuit scolaribus et capellanis. Item utrum audiverunt vel viderunt quod ipse dominus Antonius, non habito consilio consiliariorum, sed ex arupto, eo quod dixit ei dominus Petrus Marino non est verum, si in eum iniecit manus violentas, volens per vim proicere eum in cippo et proiecit eum in terram. Item si ipse Petrus Marino nolebat ponere pedem in eodem cippo, sed quod poneret eum in loco honesto et ipse noluit; de hoc inquirantur capellani et familiares. De quo testimonio istorum articulorum et de iniuria est publicum instrumentum per Petrum Alfonsi de Tordesillas. Item utrum dominus Antonius, nescio qua causa, dedit de calcibus et pugnis cochum clericum in minoribus constitutum. Capellani hunc agunt officium suum.

De titulis magistri Jacobi et ceterorum inquiratur. Iste magister Jacobus fuit admissus cum quodam titulo ecclesie Tolletane et se nominavit in titulum de Saria de Galicia et est Portugalleñ et se obligavit infra annum demonstrare qualiter erat de Gallitia et sic fuit admissus, stante termino, circa finem, quasi per sex dies presentavit alium titulum ecclesie Cordubensis, cuius vigore fuit admissus in theologia, sed iste titulus secundus non erat bonus, eo quod alius scolaris occasione eiusdem tituli erat admissus et propter istam rationem non valebat, quia quando iste secundus titulus istius Jacobi fuit concessus, erant ipsemet et dominus Fernandus in civitate Cordubensi et concurrebant in petendo istum titulum et ambo habuerunt.

Item dominus Fernandus de Medina de Corduba, dominus Antonius de Portugallia et magister Jacobus supradictus non habent iustum titulum neque audiunt scientias quas debent audire, prout probabitur clare per receptiones ipsorum, petens quatinus dominus Antonius tanquam scandalosus et sine titulo removeatur de domo. Item dixit quod dominus Petrus Alfonsi habet bonum titulum, prout dixerat.

Dicto die. Domini visitatores presentialiter admiserunt dominum Petrum Alfonsi in scolarem... Dixit quod culpa domini Antonii de Portugallia perditum sunt recollectus, possessiones indigent reparatione... Dominus Antonius de Portugallia est scandalosus et [non] habet iustum titulum, dominus Jacobus de Portugallia, dominus Fernandus de Medina non habet titulum bonum ex actis Tomasini de Cimeriis. Item dixit quod dominus Antonius voluit ponere dominum Petrum Marino cippo contra formam Statutorum et consilio irrequisito et manus iniecit violentas in eum et ideo excommunicatus, quia dominus Petrus est clericus. Item percussit coquum. Item quia dominus

Antonius vicerector fecit contra eum ... Item quia non poterat nisi tempore visitationis facere aliquid contra ipsum...

Die nono Septembris. Dominus Johannes de Salas, capellanus collegii, iuravit et dixit quod dominus Antonius de Portugallia qui est beneficiatus debet dicere officium, non habet breviarium nec credit quod habeat breviarium nec dicat officium ... Item dixit quod dominus Antonius de Portugallia et dominus Johannes de Sibia sunt scandalosi et rixosi...

Dominus Fructus de Hispania, capellanus collegii, dixit quod paramenta indigent reparatione... Item dixit quod dedit de calcibus coquo dominus Antonius de Portugalia. Item dixit quod dictus dominus Antonius non habet nisi medium titulum et quod iuravit non ingredi collegium sine alio residuo tituli... Item dixit quod dominus Jacobus de Portugallia non probavit infra annum se esse de Sarria et est probatum esse Portugalleñ et sic non habet iustum titulum et debet solvere expensas victus. Item dixit quod dominus Petrus Alfonsi ingressus est collegium sine titulo et fuit admissus ab aliquibus et ab aliquibus non; videatur quomodo stat ibi.

Dicto die. Dominus Gratiadeus de Castro Blognesio, capellanus, iuravit, dixit quod ... Item dixit quod dubitat quod dominus Antonius de Portugallia non sit excommunicatus, quia ut ipse confessus est, voluit ponere dominum Petrum Marino in zippo, sed dubitat an ipse dominus Antonius hec iure fecerit...

Dicto die. Dominus Thimotheus de Forlivio capellanus... Item dixit quod dominus Antonius de Portugallia est homo scandalosus et rixosus et dubitat an dominus Antonius predictus sit excommunicatus eo quia iniecit manus violentas ut audivit in dominum Petrum Marino, clericum scolarem collegii. Item dixit quod dominus Johannes de Sibia est scandalosus et querit rixas et discordias una cum dicto domino Antonio...

Dicto die. Tomas de Francia, coquus dicti collegii, iuravit, etc. Item dixit quod sunt aliqui rixosi et scandalosi, videlicet dominus Antonius de Portugalia...» (155).

Possuimos as três exposições escritas do nosso António Martins de Portugal, conselheiro do Colégio, de que fala esta relação do mês de Setembro de 1443. A do dia três de Setembro pensamos conste de duas partes, a não ser que de facto António Martins, aqui dito António de Portugal de Lisboa, tivesse apresentado mais que três relações escritas. Não se trata de defesa própria nesta relação ou relações. O depoimento mostra o interesse que ele votava aos problemas da administração e governo do Colégio, ao queixar-se do reitor, cuja negligência no cumprimento de vários artigos dos Estatutos denuncia, ao

---

(155) ASB, Rogiti di Filippo Formaglino, busta 6, n. 185, fl. 1-6.

referir dívidas, diminuição dos rendimentos e mau andamento das propriedades do Colégio:

«Die tertio Septembris 1443. Reverendi patres et domini. Cum dominationibus vestris clarum sit de forma statuti 39, quo cavetur de modo et forma visitandi tam in capite quam in membris et vobis sit concessa plena potestas corrigendi, puniendi et de domo expellendi, emendandi, reformandi et de novo constituendi seu constitutiones faciendi, si opus fuerit, dummodo non sit expresse contra statutum aliquid et quod omnia sic statuta seu facta debeamus recipere et servare tanquam legem et pro lege, a quibus omnibus nullo modo valemus appellare, et multa alia que in dicto statuto continentur, ideo ego Antonius de Portugallia de Ulixbona supplico dominationibus vestris quod iuxta traditam formam a capite nostro qui rector est debeat incipere. Et cum in capite consistere debeat maior virtus et fortior potentia gubernationis cuiusque corporis, que, si abest, corpus non poterit bene gubernari, et ideo adhibenda sit medicina, ego pro parte mea denuntio dominationibus vestris quod domus hec indiget administratore provido et diligenti qui sciat querere et pacem et concordiam domus et scolarium atque gubernare et regere que necessaria sunt sibi, ne domus totaliter cadat, quod magis speratur quam quod relevetur, si Deus et dominationes vestre non provideant, consideratis temporibus presentibus et data manifesta negligentia rectoris quem pro bono et domus et personarum peto amoveri ac vestris dominationibus denuntio fore necessaria ut multa mala evitentur futura, cum a modico tempore quod stetit in officio, domus sit peiorata et nisi sceleriter succurratur, cadet absque relevatione, quod est dolendum.

Et qui non bonus est anime sue, quomodo temporalibus poterit prodesse? Iurat enim in principio sue electionis visitare semel et pluries, totiens quotiens opus fuerit, in quolibet mense, omnes possessiones et stationes et prata tam intus quam extra, et sunt <sup>iiii</sup> menses sui officii, quorum quasi duobus fuit pacificata patria et nec semel visitavit possessiones nec prata, nec credo quod perfecit visitare stationes intus in civitate que multis indigent reparationibus, quarum aliquas ego videns negligentiam suam, ne totaliter destruerentur, de consilio aliorum consiliariorum feci reparari et alie manent sic sine reparatione et ipse tanquam homo sine cura dat se d[...].ono tempore in camera sua cantando et sonando, propter quam negligentiam deperdita sunt prata que potuerant bene seccari in mense May et parte Junii. Et quod peius est, quod si aliquis nostrum sibi addicit quod fieri debeat, respondet ipse taliter videlicet faciatis vos si vultis, nisi dimittatis, quia ego non debeo facere aliud nisi mandare vobis et sufficit michi quod mandem vobis, unde cum iste non respiciat ad iuramentum quod prestitit, quod vertitur in detrimentum anime sue, quomodo respiciet ad bona collegii, non est possibile.

Item cum sepiissime sit requisitus per consiliarios et per socios de faciendo reparari et possessiones et domos et non curet nec ire nec gastaldum, cui hoc onus incumbit, mictere et negligentia sua sit manifesta, peto provideri et nobis et domui de alio qui hoc possit et velit facere. Et si allegat dictus rector



quod iam ivit, verum dicit requisitus multoties et cum magnis clamoribus et ivit de mane et venit ad prandium ad domum, quod non deberet facere, ymo per totam diem et dies et pernoctare deberet, et hoc non fecit adhuc, nisi bis, ubi est necessaria maxime sollicitudo.

Item manifestum fuit multoties reverendo vicario presenti de multis querelis de ipso factis, quibus posset bene considerare dominatio sua, de quibus se intromictebat is qui attendere debebat ad utilitatem et regimen domus et nunc dominationes vestre vident ea que exponuntur, que omnia contradicebantur sibi et ipse respondebat semper: tempus visitationis prope est, habebitis tempus ad dicendum et dicetis et quia tempus venit et Deo placuit, ideo denuntiamus omnia ista reverendis dominationibus vestris, quibus placeat providere paci et tranquillitati domus et personarum, unde hoc manifestum est quod si manet in officio nec domui utile nec personis quietum, ymo speranda maxima ruina omnium honorum et rixa inter scolares continua tum propter negligentiam suam manifestissimam omnibus de collegio, tum propter minas quas multis intulit, tum propter pertinaciam in qua continuo consistit. Et ne hoc edificium corruat, sicut alias iam per alios similiter corruit et destructum fuit, si nos in electione sua erravimus, non agnoscendo mores, licet natura bene esset nota, non errent dominationes vestre de medicina quam potestis adhibere. He sunt que michi videntur, salvo meliori consilio in hac parte elligendo.

Pro capellanis. Quoniam reverendi patres et domini statuto x cavetur quod quilibet capellanus huius collegii habere debeat licentias licentie celebrandi a propriis episcopis, denuntio dominationibus vestris, petens quod mandent eis debere monstrare, si quas habent, cum sit de forma statuti predicti.

Item statuto xi cavetur quod omnes capellani simul debent dicere omnes horas canonicas in capella sancti Clementis que est in dicto collegio et hoc secundum morem ecclesie Romane diebus ferialibus et minus solempnibus sine nota, quod dicti capellani non faciunt, ymo requisiti per aliquos scolares, dicunt quod non est de more, licet sit de forma statuti et quod nolunt facere, quare denuntio vestris dominationibus ut debeant super hoc providere.

Item cum dicti capellani honestissime se debeant habere in ministrando celebranti, stando firmi vel sedendo, genibus flexis et induti superpeliceo propter bonum honestatis, ut astantibus scolaribus prebere debeant exemplum, et dum sacerdos facit confessionem se movendo et ambulando hinc inde respondent sacerdoti et sic continuant usque ad finem misse, unde multotiens orta sunt verba propter scandalum quod aliqui inde recipiunt qui dictis capellanis contradixerunt qui nec voluerunt nec volunt, quod peius est, desistere, unde ut servetur omnis honestas et scandalum evictetur et non eatur contra statutum iuratum, denuntio hoc dominationibus vestris, super quo debeant providere quod honestius quam erit possibile se habeant circa servitium divini officii, maxime cum breve tempus sit unius misse spatium et hoc sub aliqua pena ut si non caritatis amore saltem formidine pene desistant, que relinquitur arbitrio dominationum vestrarum. Et quod ministrans alteri in quotidiano servitio sit indutus superpelicio, cum indumenta multotiens sint causa inductiva devotionis et honestatis.

Item cum omnes scolares debeant audire quottdie ad minus unam missam ex forma statuti iurati et hoc male servetur, denuntio etiam dominationibus vestris.

Item cum scolares in sacris constituti debeant tres missas in mense dicere ex forma statuti vel dici facere pro anima reverendissimi domini nostri vel loco illarum missarum recitare debeant tria psalteria, quod male fit nec curatur fieri, quod peius est, denuntio dominationibus vestris» (156).

A segunda parte da relação denuncia a inobservância de muitos artigos dos Estatutos quanto à admissão e viver dos escolares, tempo da permanência no Colégio e ausências do mesmo, sugerindo até medidas para a conservação e registo dos livros da biblioteca e rendimento das propriedades do Colégio. Refere-se também à questão com Pedro Afonso, pedindo a execução da sentença do mês de Agosto que o declarava privado de qualquer direito ao Colégio e o ressarcimento a este das despesas a partir do dia 13 de Agosto até então, bem como a ele, António de Portugal, das despesas feitas na causa. Entre os infractores dos Estatutos com suas longas ausências do Colégio, que, por isso, estavam privados do direito de aí continuarem, aponta Pedro Marinho, por motivo de ausência em Espanha por mais de um ano contínuo. Como remédio, sugere a obrigação de cada um anotar por mão própria as ausências no livro das matrículas:

«Reverende pater, pro reformatione eorum que necessario sunt reformanda, emendanda et corrigenda et punienda per dominationem vestram, que ista pater plenissime ex forma statuti 39 concordantur iuri communi, ego Antonius de Portugalia de Ulixbona, supplicans, peto humiliter reverende dominationi vestre quatinus taliter reformet, ordinet, corrigat atque puniat quod deinceps quiete et sine vexatione ac accurate circa scientiam possimus insudare. Alioquin nos male stabimus et collegium peius et nunquam exhibunt rixe et rumores de hac domo et quoniam ista sunt valde necessaria emendari, denuntio vestris dominationibus (*sic*) ut debeant providere de remedio opportuno et cum pena vel nunquam servabitur aliquid et inutiliter fiet visitatio.

Primo est inhibenda rectori et consiliariis sub pena excommunicationis quam contrafacientes incurrant ipso facto, quod nullus recipiatur ad istud collegium, nisi secundum formam tradditam in c. iiii testamenti reverendissimi patris et domini domini Egidii domini et benefactoris nostri, huius collegii fundatoris. Et hoc ut multa dampna et rixe collegio et personis eorum evitentur et casu quo aliquis recipiatur, quod recipientes incurrant penam quam dictum c. iiii imponit in fine, pro alio quam hispano recepto vel procurato

---

(156) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, ff. 30-30v.

recipi ultra causum (*sic*) expressum in dicto iiii, que pena est privationis omni iure quod habet ad dictum collegium.

Item quia domus ninium gravatur debitis et possessiones indigent reparationibus et redditus quotidie decrescunt et specialiter hoc anno mandat dominatio vestra quod aliquis scholaris non recipiatur quousque domus non sit exonerata debitis sub pena excommunicationis, ne contingat, sicut aliter contingit, quod libraria et omnia de domo fuerunt pignorata et nisi reverendissimus dominus cardinalis de Frias redemisset, iam nichil boni esset in ista domo.

Item quod dominatio vestra ab omnibus existentibus in domo tam familiaribus quam capellanis, si est aliquis in domo scholaris qui habeat in beneficiis seu patrimonialibus ultra quinquaginta ducatos et si talis repertus fuerit, expellatur iuxta formam capituli vi dicti testamenti.

Item quia capitulo vii cavetur quod omnes scolares domus debeant esse matriculati tempore sue receptionis sub certa forma in dicto capitulo contenta et plures scolares, ymo verius quasi omnes de collegio non sunt matriculati et propter hoc possent occurri multa dubia, mandat dominatio vestra rectori cui hoc incumbit principaliter quod statim faciat omnes non matriculatos matriculari vel comictat dominatio vestra uni ex scolariibus quod hoc faciat fieri, cum sit de forma dicti testamenti.

Item quod nulli capellano detur licentia habendi beneficium in quo requiratur personalis residentia nec in civitate nec extra iuxta c. x dicti testamenti.

Item cavetur in c. xiii quod gastaldus debet habere curam de omnibus extra civitatem possessionibus dicti collegii et faciendi colligi et Bononiam conduci et in granario et canapa reponi frumentum et vinum et cetera alia, etsi, tempore messium et vindemiarum rectori expediens visum fuerit quod unus, duo vel plures de collegio associantur eidem, cuius mandato sub pena periurii obedire teneatur, nisi urgens necessitas ipsum legitime excusaverit, debet tamen multum advertere rector ne scolares a studio propter aliquas sollicitudines retrahantur et quia gastaldus pro istis tantum est in domo et non pro aliis mandat dominatio vestra rectori quod quando hoc ipse gastaldus potuerit facere iudicio totius vel maioris partis sui consilii, quod non debeat mictere scolares iuxta formam dicti c. xiii, maxime cum in c. xviii in fine caveatur expresse quod nec rector nec consilarii contra ista statuta aliquo modo veniant nec possunt venire nec emendare nec mittere et rector mictat scolares motu proprio et si nolunt ire denuntiat eos periuros et infames, quod non potest facere de forma statuti, licet de facto faciat et male quia multa mala inde oriuntur.

Item statuto xiiii cavetur quod reddatur ratio quolibet die sero de pane et vino expedito illo die et ab experto manifestum sit panem et vinum expendi ultra debitum ordinem propter malam administrationem illius cui incumbit ut experientia in mense Julii et Agusti proxime preterit. docuit, mandat dominatio vestra quod servetur forma istius statuti.

Item statuto xxi cavetur de certis casibus propter quos visitator potest privare rectorem, si dominatio vestra reperierit rectorem nostrum incidere in aliqua propter que mereatur privari ac quod ipsum aut totaliter privet aut administratione tantum aut sibi coadiutorem det sine quo nichil possit facere nec in

hiis que tangunt ipsum solum nec etiam in aliis que ipsum et consiliarios simul tangunt.

Item dicto capitulo xxi cavetur quod quilibet scholaris debeat iurare seu iuramentum prestare novo rectori post suam confirmationem immediate sub pena privationis iuris quod habet in dicto collegio. Item quod si aliquis scholaris se absentaverit ultra x dies contra formam statuti 34 hoc est sine licentia rectoris sit privatus omni iure quod habebat ad dictum collegium et quia Johannes de Carreno nec iuravit rectori dicto tempore sepe et sepius requisitus nec petiit licentiam, imo absque licentia se absentavit ultra tres menses iam elapsos, peto quod dominatio vestra ipsum debeat pronunciare privatum omni iure quod ad dictum collegium habebat.

Item statuto xxiii cavetur ne quis possit tenere aliquem forensem in domo ultra tres dies, dummodo sit eius consanguineus vel de domo de Albernotio. Et quia rector multotiens iuravit servare statuta et diversis temporibus et facit contra istud statutum, tenendo dominum Petrum Alfonsi declaratum per sententiam declarativam alterius sententie late per syndicos contra dominum Jo. de Turribus rectorem et consiliarios, nullum ius seu titulum habere in dicto collegio et ex eo fore expellendum, in grave dampnum et preiudicium anime sue et istius collegii, peto primo executionem fieri dicte sententie, secundo emendam fieri dicto collegio de omnibus expensis factis a die xiii Agusti usque ad hanc diem cum dicto Petro Alfonssi, tertio peto expenssas quas ego Antonius de Portugalia feci in dicta causa cum notario et aliis personis michi restitui, in aliis relinquendum vestro arbitrio puniendum. Et hoc peto iuxta formam c. 39 et xxi, quibus datur dominationi vestre omnimoda potestas corrigendi, puniendi et de domo expellendi. Et quod mandet dicto rectori quod statim ipsum expellat ne domus maiores expensas patiat, sub pena excommunicationis.

Item statuto xxiii mandatur quod debent fieri inventaria de omnibus que in domo sunt unde cum non sunt, unde cum non sint, peto mandari fieri iuxta dispositionem dicti statuti.

Item statuto 32 continetur quod debeat scribi numerus librorum et eorum tituli in quadam tabula et appendi iuxta portam librarie, que cum non sit, mandet dominatio vestra rectori quod faciat scribi. Item cum serramina aliquorum librorum sint de argento et multa sunt subtracta et abscisa et deperdita, mandet dominatio vestra rectori quod deponantur illa que sunt et ponantur alia de ere.

Item cum contingat sepe nullum esse in domo et clavis librarie dimictitur in foramine quodam in magno periculo dicte librarie, mandet dominatio vestra ad evitandum dampnum quod evenire poterit, quod iuxta formam dicti statuti quilibet consiliarius habeat unam clavem et quod deinceps nulla clavis maneat in dicto foramine.

Item quia multa statuta ut 34, 37, 39 et multa alia scilicet x et xi que locuntur de privatione certe pecunie locuntur de privatione provisionis que quidem provisio non datur ad presens et a magnis temporibus citra propter paupertatem dicti collegii et scolares non timent facere contra talia statuta ex eo quod non habent dictam provisionem, peto dominationi vestre quod

imponat aliquam penam loco illius contrafacientibus, ne contra illa statuta in totum eatur.

Item eodem statuto 34 cavetur ne quis debeat se absentare ultra binum semestre et isto titulo propter sua vel suorum urgentia negotia et si ultra dictum tempus steterint sint privati ipso iure et dominus Petrus Marini contra formam dicti statuti stetit ultra annum continuum absens in Yspania et nunc sit intrusus in grave dampnum et preiudicium dicti collegii quoniam multi possent illo modo facere, peto dictum dominum Petrum declarari stare in dicto collegio contra formam dicti statuti et per consequens esse privatum omni iure quod habebat ad dictum collegium et expellendum de eo, cum non solum ex hoc capite meretur, imo etiam quia rixosus et tribulator semper extitit et nunc et tempore domini Fernandi Besam, quondam rectoris huius collegii, qui propter eorum facta fuit privatus per R. dominum Jo. de Podio, vicarium generalem episcopi et sic exhibunt tribulationes de ista domo.

Item quia etiam Gundisalvus de Ovedo, receptus in scolarem, recedit ad partes et est elapsus annus quo abest et nec aliqui post de eo audivi, peto etiam declarari privatum iure quod ad dictum collegium habebat iuxta formam dicti statuti.

Item quia multotiens occurrunt multa dubia de tempore quo quis fuit absens a dicto collegio propterea quod non scribuntur eorum recessus nec regresus dies, mandet dominatio vestra quod nulli detur licentia se absentandi nisi primo scribat manu propria in matricula diem qua recedit et tempus quod sibi datur ac standum et morandum et postquam redierit iterum scribat quanto tempore moratus fuit extra, alias licentia sit nulla et habeatur pro privato, cum hoc sit de forma dicti statuti 34.

Item statuto 35 cavetur quod quilibet existens in sacris vel optinens beneficium ecclesiasticum habeat proprium breviarium et quia voluntas domini nostri fuit ne libri capelle destruerentur, prout de facto sunt destructi, rupti et caduci et collegium in dies minus sufficiat ad reparationem, mandet dominatio vestra omnibus quos tangit quod habere proprium breviarium debeant et quod serventur libri capelle.

Item statuto 36 cavetur quod debent esse quinque copie Statutorum et cum non sit nisi una bona et alia antiqua iam caduca, mandet dominatio vestra quod fiant decem copie, quoniam multotiens aliqua fiunt ob eorum defectum que non deberent fieri.

Item statuto 37 cavetur quod rector semel in mense et pluries si expediret aut ille quem ad hoc duxerit eligendum, si ipse erit legitime impeditus, vadat, provideat et revideat omnia ad collegium pertinentia tam intus quam extra Bonoñ et quia rector in hoc multum est negligens et bona collegii possent venire in magnam ruinam et destrui plusquam destructa sunt et nec ipse ad hoc appareat aptus ut experientia iam docuit nec velit prout tenetur sequi consilium consiliariorum, ymo quamvis sibi dent consilium non vult exequi, unde cum tardus et negligens sit, peto provideri et domui et possessionibus de alio rectore et ipsum omnino admovendum ab administratione et alium eligendum vel sibi dandum coadiutorem, cum hoc nimium expediat et necessarium sit ac utilissimum dicto collegio.

Item peto quod dominatio vestra faciant (*sic*) legi statutum 38 in presentia dominationis vestre et omnium aliorum et mandare quod illud debeant observare. Item statuto 39 de visitatione dominationi vestre datur plenaria potestas, peto quod iuxta dispositionem dicti statuti dominatio vestra apponant (*sic*) manum. Item eodem statuto cavetur quod in illis que non reperiuntur permissa arbitrio rectoris et consiliariorum visitator debet apponere manum. Et quia rector multotiens solus imponit penas, non solum sibi et consiliariis permissas, ymo relictas visitatori, ex tanta presumptione peto fieri emendam.

Item statuto 40 de penis imponendis datur certa forma quam dominus rector pessime servat in ponendis penis sine consilio consiliariorum, propter quod multa mala excitantur inter scolares et ipsum, peto mandari sibi ne aliquam penam imponat sine consilio consiliariorum iuxta dispositionem dicti statuti.

Item statuto 49 cavetur quod coram dominatione vestra de iniuria sibi illata per rectorem possit petere emendam, ego Antonius predictus iniuriatus sine causa ab ipso rectore in quadam pronuntiatione periurii et infamie facta contra me, peto quod doceat de potestate et causa quare fecerit et si probetur legitima habeam penam, alias peto michi satisfieri de iniuria quam nolueram habere, seu michi fieri pro centum ducatis aureis, maxime cum fecerit contra statutum 39, in quo tituli presumptione privatur, cum ibi relinquatur dispositioni et potestati visitatoris et non sibi nec aliquo alio statuto hoc caveatur.

Item statuto 52 cavetur a contrario sensu quod ex iusta causa quis possit intrare conquinam alias non, et quia intrantes ibi faciunt congregationes cum vocibus et clamoribus quod aliqui existentes in cameris superioribus nequeunt studere, peto quod dominatio vestra declarent (*sic*) que sit iusta causa intrandi et mandent (*sic*) quod intrantes se habeant ita modeste quod non turbent tales studentes, cum alias rixe et discordie possent oriri.

Item quod executetur statutum 56 de recoligendis debitis dicti collegii, ad que tenentur rector et consilarii.

Item iuxta dispositionem statuti 57 quo cavetur quod casu quod rector non servet statuta quod debeamus recurrere ad quempiam visitatorem pro ipsorum observatione, supplico igitur et peto per viscera misericordie Jhesu Christi quod omnia supradicta que d. v. visa fuerint corrigenda et emendanda, corrigant et emendent et mandent tam rectori quam consiliariis, quam scolariis quam etiam ceteris quod ea faciant et servant et inviolabiliter sub pena excommunicationis quam contra facientes incurrant ipso facto ut si non caritatis amore saltem formidine pene ad hoc cogantur, alias nunquam erimus in pace, ymo in continua tribulatione, cum rector multis minatus fuerit iam quod si habet intentionem suam quod ipse aliter faciet quam facturus sit. Et ideo ut preveniatur maximo scandalo quod inde potest sequi et continue tribulationi et discordie in quibus istud collegium hactenus fuit, supplico quod velit fortiter apponere manum ut preterita cessent et futuris prevideatur de remedio opportuno» (157).

---

(157) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, fl. 31-32v.

As relações escritas, apresentadas a 6 de Setembro, são uma resposta às acusações que lhe faziam os adversários, cuja vida, conforme relata o nosso António de Portugal, apoiado por outros estudantes denunciadores disso mesmo, tinha lados muito escuros. Assim Pedro Afonso, com uma sentença a pesar-lhe sobre os ombros, não podia libertar-se do facto averiguado de ter a seu serviço uma meretriz em lugar público de Florença. Os capelães João de Sales e Fructo também não davam bom exemplo. Alguns escolares tentavam difamar António de Portugal, dizendo que ele estava excomungado, apesar de o estudante português ter já demonstrado publicamente, inclusive por meio do documento acima transcrito do vigário do bispo de Bolonha, a falsidade da afirmação. A constança dos difamadores leva-o a descrever os factos como sucederam com Pedro Marinho, Pedro Afonso e Lobo Ochon, castigados por ele vice-reitor, em virtude de injúrias recebidas:

«Reverendi patres et domini. Quoniam aliqui sunt qui veritate previa intentum suum nequeunt prosequi et ideo infamie verbis utuntur ut quodammodo videantur bonum zelum fovere quod omnino est vitandum, cum non ab infamia est incipiendum, imo a prefationibus et exortationibus verisimilibus et deinde a probationibus et tunc necessario eveniet conclusio infamie seu bone fame, secundum quia ista manifeste patent non ex bono zelo provenire, ymo ut veritas quodammodo obfussetur et Petrus Alfonsi sententiatus non habens ius in collegio defendatur qui, quamvis non perderet propter sententiam, merito propter multa alia de iure expelli posset, precipue quia publicus concubiniarius est et participans de lucro in burdello publico acquisito, non timens Deum, immiscendo se divinis cum sacerdos sit, infamis ipso iure in grave dampnum et preiudicium anime sue, sciente rectore hanc esse veritatem tum per dicta multorum scolarium tam de collegio quam de extra qui ei retulerunt de eo et de dicta meretrice, tum per litteras missas ab eo dum semel esset Florentie certis scolaribus huius collegii que lecte fuerunt publice de recomendatione dicte meretricis quam mittebat ad hanc civitatem quam semper tenuerat Florentie tanquam eius rufianus et eam adhuc hic tenet et tamen hec consensit nec reputat eum infamem, ymo providum et honestum et meliorem inter scolares de domo, cum etiam nil sciat nec minimum librum habeat qui proprius sit, nec etiam breviarium nec quod peius est stet causa studii, sed ut transeat tempus cum dicta meretrice, quam certum est adduxisse de propria patria secum, et credo quod non habet literas licentie a suo episcopo. Et multa alia que dici possent que honestius est tacere quam loqui. Quedam etiam monialis nota tantum duobus capellanis videlicet Fructo et domino Jo. de Sallas intrabat istam domum induta pannis virilibus et intrabat cameras istorum, credentes ceteri quod esset masculus quousque forenses dixerunt rectori, qui tacuit nec aliquid dixit, nec credo quod dicet contra istos, sed de me et aliis usque ad

summum dicit; videant dominationes vestre et evictent tot et tanta mala et provideant de alio qui ista velit evictare.

Item aliqui nituntur dicere et publice quod peius est diffamare me Antonium de Portugalia quod sim excommunicatus et infamis, denuntio hoc dominationibus vestris, petens inquiri de veritate; qua habita, si contra me subicio me omni punishmenti; si pro me, imponatur silentium sub debita pena talibus difamatoribus et michi satisfiat de iniuria, cum multoties protestatus fuerim et coram domino Philippo hic presente et coram aliis, ymo publice coram rectore et scholaribus legi hoc mandatum reverendi patris domini vicarii, de quibus omnibus minime curarunt et quotidie ulterius prorumpunt in verba iniuriosa.

Item ut melius et clarius pateat dominationibus vestris causa dicendi hoc et per alios eedem dominationes plenius possint informari, casum exponam succinte. Cum uno sero post collationem iste rixosus Petrus Marini iniurisset multis verbis me qui illo tempore gerebam vices rectoris et altera die de mane, vocatis consiliariis et adhibitis testibus, de iniuria michi illata arbitrataque penitentia cumque sederemus ad prandium exposui sibi preterita et manifestavi sibi penitentiam quam deberet facere secundum formam statuti, iste dixit quod ego non dicebam verum et quia istud verbum apud nos alios hispanos valde iniuriosum est, et michi fuit dictum tanquam locumtenenti non tanquam privato reputavi ad iniuriam non parvam et dixi mandando scholaribus astantibus quod ipsum deberent capere et ponere in cipo, qui nolentes, ne delicta remanerent impunita, et alii imposterum timerent similia vel peiora perpetrare, ivi ad ipsum et dixi sibi quod poneret pedem in cipo, nunquam voluit, dicendo quod ego ponerem si velem et cum ipse perseveraret in sua pertinacia et inobedentia, ego qui de iure poteram tam statuario quam communi, ne sic ipse evaderet impunitus, cepi eum et ipse volens se defendere corruimus ambo in terram, ipse subtus et ego supra. Tunc duo ex scholaribus, dum ego sic tenerem eum, ceperunt me per brachia et tenuerunt me, quorum unus fuit dictus Petrus Alfonsi sententiatus et alter fuit Luppus qui absens est, et dictus Petrus Marini rixosus fugit et ego ivi ad reverendum patrem dominum vicarium et exposui dominationi sue omnia. Ipse Petrus ivit ad d. antianos qui miserunt pro me, quorum dominationibus similiter exposui omnia, qui audientes verba sua dixerunt de eo presentibus multis scholaribus de hoc collegio quod nunquam viderant ita superbum hominem et quod ipsimet volebant sibi imponere penitentiam, quam de facto imposuerunt, prout continetur in ista scripta sigillata suo solito sigillo et remiserunt michi, quam ego executavi et condolens de eo mutavi in panem et vinum et iuxta Statuta illammet imposui omnibus fautoribus suis et feci eos sedere in una mensa. Hec est veritas et factum propter quod dicunt quod sum excommunicatus, de quo plenius dominationes vestre poterunt informari per dominum Antonium, theologum, et dominum Jacobum et dominum Johannem de Sibilia qui erant presentes ad omnia.

Item dato quod essem excommunicatus, non propterea iudicium agitatum mecum nec sententia lata est ulla, cum ipse sit actor quia appellavit et syndici et ego simus rei, et licitum sit reo de iure stare in iudicio, quia nemini est inter-



dicta sua defensio quantumcumque excommunicatus sit, ymo non potest cogi ad constituendum procuratorem ut doc. notant de iudi. c. intelleximus Et hec sunt quare me dicunt excommunicatum et infamem qui foveant partem infamatorum de iure et de facto, non obstantibus iuramentis que faciunt, ymo promittunt et iurant, sicut de facto promisit rector et iuravit dicto Petro Alfonssi sententiato defendere et tenere in despectum omnium in domo, qui quantum honestus ad defendendum sit, ex his possunt dominationes vestre informari, quare denuntio eisdem dominationibus, petens provideri, imponendo silentium tam rectori quam scholaribus, ne deinceps talia verba iniuriosa de me dicant alias, etc. Et hec sint dicta cum protestatione iniurie petende loco et tempore debitibus.

Mccccliii, indictione vi, die vi Septembris, present. per dominum Antonium de Portugallia coram domino Nicolao de Lapis, canonico Bononi curie episcopalis Boni et fratre Bernardo de Perusio vicepriore sancti (...)» (158).

Na outra relação de 6 de Setembro, António Martins de Portugal apresenta uma defesa, inclusive sob o ponto de vista jurídico, quanto ao valor e suficiência do título com que foi admitido no Colégio. Nesta relação informa que as negociações para a sua entrada no Colégio datam do mês de Fevereiro de 1443 e a admissão se deu a 9 ou 10 de Março do mesmo ano. Depois de se declarar em condições de defender os seus direitos, anota que precisamente Pedro Marinho não tinha direito algum a estar no Colégio, porque dele era privado em razão das ausências não permitidas pelos Estatutos:

«Reverendi patres. Quoniam ea que oculis conspiciuntur, diutius in memoria permanent, quam ea que tantum auditus sensu percipiuntur, ideo ego Antonius de Portugalia, pro defensione mei tituli in ea parte qua quicumque dicentes contra receptionem aserunt non bono animo illum esse talem qualem, dico primo et ante omnia nemini detrahendo nec hoc aserendo, ut alicui per quemcumque verba hic prolata seu proferenda iniuriam irrogem, quod quemcumque opposita seu opponenda quocumque modo contra titulum predictum non esse admittenda, cum de iure exceptio rei iudicate obstet opponenti et illa que ipsi iam de presenti opponunt, opposuerunt nudiustertius ante receptionem meam ad dictum collegium, ut probari potest per ipsosmet opposites et deliberate, ymo deliberatissime, me receperunt postea, et per quam receptionem probatur esse sententia lata pro iustificatione tituli mei, cum per plures dies multa fuissent dicta et opposita contra.

Item de instrumento quod producunt de quadam promissione per ipsos michi facta ut in eo plenius continetur, dico quod ego post illud instrumentum

---

(158) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, fl. 8-8v.

factum ego probavi titulum meum fore perfectum, quod erat principale, super quo instrumentum predictum fuerat factum, et probato hoc principali, reliquum quod accessorium erat, veniebat annullandum, ymo ut verius loquar, erat irritum. Et quod hec sit veritas patet, quia instrumentum fuit factum de mense Februarii et ego fui receptus vel ix vel x Martii. Et si ipsi aliquid contra hec volunt opponere largius et forte plenius, in hoc requiretur cause cognitio plena, quod dominationes vestre possunt postea audire et ego cum adiutorio Dei iustitia mediante intendo defensare predictum titulum contra quoscumque volentes se opponere.

Item cum dominationibus vestris sit notissimum, de quibus possint iudicare, et ad que se extendat potestas earundem et querere an quis sit bene receptus per titulum suum non pertineat eisdem dominationibus, nec in hoc cavetur aliquo Statutorum quod dominationes vestre hoc possint, placeat eisdem dominationibus de hoc cessare, cum hoc sit magis incitare discordias quam sedare et etiam commovere animos uniuscuiusque ad rixas quam ad pacem.

Item hoc esset magis inspiciendum et sancius iudicandum inspicere utrum aliquis iam perdidit ius quod habet in dicto collegio et reperto aliquo tali, dare sibi licentiam et non comederet elemosinas pauperum, maxime cum non stet in dicto collegio pro studio, sed tantum pro traseundo tempus et non inspicere utrum habeant perfectos vel imperfectos titulos, cum post receptionem suam nullus amplius potest sibi opponere, cum alegent turpitudinem suam et non sunt audiendi, ymo vituperandi, quia non accusant aliquem alium, nisi seipsosmet et iura voluerunt quod tales non sint audiendi et dominationes vestre debent se conformare cum iure et non cum affectione nec cum precibus cuiuscumque et si sic faciatis, credo et scio pro certo iustissimum facere. Et si queratur an sit talis cuius ius iam expiraverit, dico quod sic et videant id quod primo scripsi et reperient quod Petrus Marini nullum ius habet in dicto collegio, obstante statuto 34, quo cavetur ne quis possit esse absens a dicto collegio ultra binum semestre, et iste stetit ultra tertium semestre continuum et ultra istud, cum iam nullomodo posset recedere una die de collegio nec est in potestate alicuius dare sibi licentiam sine privatione iuris quod habet ad dictum collegium, quam incurrit sic recedens; ipse nuper post incoatam visitationem fuit absens ultra quindenam. Et si in istis aliter dominationes vestre fecerint quam debeant, in quibus possunt, bene possunt considerare utrum bene vel male faciant. Et ego et quicumque alius non tenemur ultra nisi exponere dominationibus vestris ea que nobis videntur egere correctione et emendatione et statuitone, que dominationes vestre possunt facere et non ultra. Et sint dicta cum omni correctione et obedientia dominationum vestrarum» (159).

Embora atribuindo as culpas ou pelo menos negando a António Martins como vice-reitor o direito de proceder contra ele, com interpre-

---

(159) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, fl. 29.

tação própria dos factos, Pedro Marinho não difere muito de António Martins na narração dos acontecimentos. Naturalmente, pede a expulsão do rival e reparação de danos:

«...De possessionibus extra civitatem et de pertinentibus ad eas, primo de Viadagu[l]ja. Primo circa possessiones de Viadago[l]ja isto anno non habuimus recoletum mensium, atento quod fuerit gera et etiam postquam gera recessit, rector misit duos scolares ad videndum si aliquid remanserat et ipsi fuerunt ibi in possessione et in reversu notificarunt nobis quod essent quasi quadraginta corbes mesium et rector post aliquos dies mandavit domino Antonio de Portugalia et domino Fernando de Medina quod ipsi irent ad illam possessionem seu possessiones et unus ipsorum appellavit scilicet Antonius, dicendo quod nollebat ire, alter pro tunc non ivit, propter quod videatur statutum de mitendis scolaribus ad possessiones visitandas, ideo hoc dico et michi videtur testificando...

Quarto circa Jachobum de Portugalia dico quod ipse a principio sui ingressus in ista domo fuit admissus cum uno titulo ecclesie Tolletane, in quo se nominavit de Saria de Galitia essendo de Portugalia et sciendo hoc rector et consilliarium nolebant eum admictere, sed ipse videndo hoc se obligavit ut constat per ser Tomasinum notarium domus infra annum probare se esse de Saria de Gallitia, stante isto termino circa finem per octo dies vel quasi, presentavit quasdam literas ecclesie Cordubensis ut eum admitterent et finaliter cum practicis fuit admissus, quod facere non potuerunt rector et consilliarium istis rationibus, nam quando ille titulus secundus fuit sibi datus, ipse et dominus Fernandus de Corduba concurrebant in petendo eundem titulum ibi in illa civitate Cordubensi et ambo habuerunt illum titulum et venerunt in hiis partibus, sed primo venit dictus dominus Fernandus quam dictus Jachobus et fuit admissus dictus Fernandus; isto sic admissus, venit dictus Jachobus et videndo istum sic admissum presentavit illum primum titulum, cum quo primitus fuerat admissus conditionaliter ut probaret supradicta et concludo quod per illam admissionem dicti Fernandi vacavit ille secundus titulus dicti Jachobi, ex quo uno tempore fuerunt dati, atento etiam quod ecclesia post vacationem debet esse avisata et concludendo dico quod iste Jachobus quod nec per primum titulum, quia non probavit supradicta, nec per secundum, quia non erat titulus sufficiens, debet expelli a domo tanquam non scolaris, ideo hoc dico testificando, quod latius per Tomasinum patet, et ego vos informabo quando volueritis, nec iste audit lectiones quas debet audire, ymo contrarium, quia debet audire theologiam et audit medicinam....

Sexto circa dominum Antonium de Portugalia dico quod iste est scandalizator domus, nam postquam est in ista domo nunquam fuimus in pace, nisi in tribulationibus et rixis et contentionibus sui causa et promotione; est etenim principalis conventiculatorum et insidiatorum nocteque die, nam si vellemus dicere bonum de isto non possemus, quia non tantum in domo sed extra domum hic in civitate, ubi ipse habitabat et extra civitatem semper talis fuit, ideo ne mirum quia in consuetudinem habet et suum ordinarium est facere. Item iste

enim non est scolaris, quia non iuste est in domo, quia iste antequam fuisset admissus, incepit nos seu illos ad quem expectabat receptio scolarium cum practicis hic in domo et postea cum practicis dominorum taliter quod domini comiserunt quod dominus Bartholomeus de Lambertinis concordaret nos et ipsum, que concordia talis fuit quod ipse infra annum duceret illam mediam partem tituli scilicet episcopi Salamantini, eo quod non habebat, nisi medium titulum scilicet decani et capituli, cum debuisset habere episcopi et capituli ut Statuta mandant, et quod domus daret ei medias expenssas quas habet unus scolaris, stante in domo, ipso pro existente extra domum, dum tamen staret in civitate et de hoc fuit iuratum publicum instrumentum inter scolares scilicet consillarios et rectorem, excepto uno consillario qui non iuravit, ut constat per Tomasinum notarium supradictum, postea ista omnia translata iste Antonius recessit ad curiam et venit quasi per mensem post istum contractum cum aliquibus practicis hic in domo fuit admissus, non ducta allia media pars tituli, propter quod constat ipsum non habere titulum et sic non esse scolarem.

Item iste Antonius sic stante in domo, eventit quod iste rector recessit Venetias et dimissit ipsum vicectorem cum conditione quod nichil inovaret, specialiter contra dominum Petrum Alfonsi de Oterdesillas. Quod iste fecit postquam rector recessit immediate quasi per aliquos dies post recessum rectoris, privavit istum supradictum Petrum victualibus, nisi daret fideiussores de expensis donec cognosceretur de titulo eiusdem Petri, iste appellavit ad ordinarium et incepit prosequi appellationem iste Antonius nomine rectoris persecutus est istum in iudicio usque ad sententiam, licet per rectorem fuerit expresse prohibitum isti Antonio quod non faceret, tandem habuit sententiam, licet non iustam; iste Petrus appellavit ad papam et causa sic stat; credo quod est iam commissa.

Item iste Antonius post recessum rectoris incepit unum baxellum vini putrefacti et scolares et capellani ceperunt murmurare contra eum et consillarios; ego dixi ei, quia consillarius sum, quod non faceret novitates, ipse dixit quod tacerem, quod non dicerem ei aliquid quod non volebat sequi consilium meum nec aliorum duorum consilliariorum et ipse prosequendo in verbis dixit michi aliqua verba minatoria, ego dixi ei quod non me minaret, ipse respondit quod ipse non minaret me, sed si esset necesse, daret michi cum manu; ego non potens iam sufere sua verba, dixi ei quod si ipse daret michi de manu, ego darem ei cum manu et manibus et nil aliud iniuriosum sibi dixi; ipse in continenti ipsa nocte volluit de facto prohibere me in cipo, sed allia die convenerunt consillarii una secum et concordarunt ut michi daretur penitentia in pane et aqua; ego non fui in prandio, iustissima causa habente; in cena ipse propossuit coram toto collegio qualiter ipse et consillarii disposerant quod ego comederem uno pastu in pane et aqua; ipse adiunssit quod etiam allia die, non comederem nisi panem et aquam, eo quod non comedi illa die in domo et nolluit admittere excusationem meam postquam perfecit propositionem suam, ego volens demonstrare omnibus quod ego non dixeram ei illa verba que ipse dicebat quod ego dixeram ei propter que verba imponebat michi illam penitentiam, dixi ei quod cum reverentia illud non erat verum, eo

ipso quod dixi ei non est verum, ipse incepit dicere alta voce: ad quid egemus testibus, quia satis me iniuriavit; tunc et sine consilio consilliariorum mandavit michi quod sederem in terra et miterem pedes in cipum, ego dixi ei quod ipse ostenderet michi statutum, propter quod crimen incarcerantur scolares in cipo et quod erat contentus ponere pedes, ipse demonstravit michi statutum, sed non continebatur illud in statuto, cum Statuta non ponant penam cipi nisi in duobus casibus tantum, scilicet quando aliquis aliquid furatur et quando aliquis verberat aliquem cum armis vel exit sanguis ex tali verberatione, ego videns quod ipse vollébat me ponere per vim, ego peti publicum instrumentum, protestando de iniuria, prout patet coram Petro Alfonsi, notario publico papali, me sic loquente iniessit manus violentas in me ut prohiceret me in cipo et veniendo sic ad brachia proiecit me ad terram, de qua projectione habui aliqualem infractionem in capite, tunc venerunt aliqui de domo et possuerunt se in medio, et tunc ego exivi domum in iuvarelo et extra domum in domo domini Petri Marango recepi unum mantelum et ivi ad domum domini Anthonii de sancto Petro et ibi steti illa nocte, ne maius scandalum veniret; alia die, non obstante iniuria michi facta per eum, ivit et conquestus est dominis de et dixit multa verba iniuriosa de dominis propter quod domini mandarunt ut ego ieiunarem omni modo illa die in pane et aqua et ego sic feci et complevi omnia que domini et consillarii mandarunt; propter omnia supradicta, tum quia non est scolaris in domo canonice institutus, tum quia scandalizator, tum etiam quia in scandalo perseverat, ipsum peto expelli de domo, prius satisfacta michi iniuria et sibi possita penitentia condigna, ideo hoc dico testificando, in testimonium veritatis concludendo.

Item iste dedit de calcibus clerico in minoribus, propter quod fuit etiam excommunicatus, sicut in me ingecit... Petrus Marigño» (160).

Não faltaram escolares a depor em prol de António Martins de Portugal, acusando os outros. Bartolomeu de Córdova, escolar apenas de dois meses, no Colégio, ao anotar negligências e faltas do reitor, lembra que António de Portugal, então conservador do dinheiro da casa, tivera de lhe dar uma certa soma como salário contra os Estatutos. Acusa-o também de ter injuriado António de Madrigal e António de Portugal. Não cuidava de vigiar a administração do procurador. António de Portugal, suspeitando do procurador, tomou a iniciativa de cuidar das despesas por alguns dias, podendo anotar fraudes nos dinheiros e até no pão. Fernando de Medina lembra que o reitor conservava Pedro Afonso sem título algum para estar no Colégio, além de ter injuriado a ele próprio e a António de Portugal, denun-

---

(160) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, fl. 22-25.

ciando-os como infames. A sua falta era agravada pela circunstância de Pedro Afonso, sacerdote, ter em Florença uma meretriz em lugar público, para lhe ganhar dinheiro, como ouviu da própria boca de Pedro Afonso e era do conhecimento do reitor. Pedro Marinho era soberbo incorrigível e desordeiro, como bem sabia o vigário:

«...Item quod rector tenet hic violenter Petrum Alfonsi contra formam Statutorum et condemnationem factam per collegium etiam contra mandatum reverendi vicarii qui sententiam contra eum pronuntiaverat nullum titulum habere in dicto collegio, et quia fuit requisitus ex parte scolarium quod dictum Petrum Alfonsi non deberet habere in domo et de expensis protestatum fuit ipse animo iratus occasiones querens infamavit et iniuriatus est publice me et dominum Antonium, denunciando nos periuros et infames et animo obstinato mandando aliis ut nobiscum non participarent, quod ipse non poterat facere, cum ad eum non expebat sed ad superiores, idcirco vestre reverentie debent providere mandando ut publice ubi peccavit satisfactiones faciat, ymmo magis in hoc satis videtur repugnare, volendo sustinere dictum Pe. Alfonsi cum precibus acrius hoc tentare velit et ipse in principio sui admissionis contra alium rectorem protestationem fecit de dampnis et expensis et interesse. Et etiam dare de suo consensu pecunias pro prolacione sententie, sed istud ipse non facit, nisi despectu aliquorum qui suis precibus noluerunt concedere et hanc causam demictere.

Item posito quod dictus Pe. Alfonsi haberet titulum, non debet tollerari propter eius vitam inordinatam et disolutam, cum sit sacerdos et per eius confessionem certificatus et ab ore proprio audivi quod Florentie tenuit continuam meretricem in loco publico que sibi plures pecunias lucrata erat et postea misit eam ad hanc civitatem et secutus est eam. Et adhuc eo stante capellano in hac domo, alocutus est eam in ecclesia sancti Cristofori et audivi a rectore qui nunc est quod quidam amicus suus dixerat sibi quod viderat dictum Pe. Alfonsi cum ea ementes unum velum in una apotheca huius civitatis.

Item quod Petrus Marini est intollerabilis, superbus, incorrigibilis, indomitus, cuius fama a magno tempore est pluribus etiam extra domum manifesta, quia ex tempore quod ipse fuit in ista domo nunquam ista domus fuit sine rixa iniuriando scolares...

Item dictus Lupus dominum Antonium bacalarium malis verbis iniuriatus est, quapropter oriuntur multa mala scandala de similibus, idcirco tales homines qui sunt ita discoli indigent correctione et punitione, ut alii pacifice vivere possint.

Item quod Petrus Marini sit rixosus et scandalosus patet manifeste quia cum isto rectore habuit tod rixas et discensiones ut venerabilis et dominus vicarius bene scit in quanta tribulatione fuit ista domus et isti tales rixatores debent expeli a domo sine aliqua pietate, quia multotiens propter similes destruantur colegia, de quo multum timeo quia domini antiani sunt iam ita fastiditi et presente venerabili vicario requisierunt quod pro prima vice quod ipse de aliquo scandalo sciverint interponerent manus...

Mccccxliii, indictione vi, die vi mensis Septembris, present. per dominum Fernandum de Medina» (161).

Esta a relação escrita de Bartolomeu de Córdoba, na parte que nos interessa, segundo ficou exposta acima:

«Reverendi domini. Ego Bartolomeus de Cordova citra duos menses dumtaxat presen. collegii scholaris, comotus fervore huic collegio debite caritatis de comodo et eius tranquillitate sollicitus necnon de dampnis in suo labili condolens regimine compulsusque pena prestiti iuramenti per omnia et in omnibus eidem utilia procurare offerente se tempor. oportunitate ea que in eo caduca et in eius personis diebus meis vidi particulariter viciosa vestris reverentiis paucis literis significare decrevi ut per easdem correctionem faciant et emendam in futuris que orta sunt de remediis provideatur scandalis.

Notifico primo V. R. collegium nostrum multas subire ruinas, cum caput nostrum qui rector est infirmitates gravissimas patiatur, primo quia est bonorum collegii usurpator et eorum Statutorum violator, quorum utrumque patet statuto 31, ubi inter cetera dicitur quod si contingat redditus et proventus collegii atenuari quod expensse extraordinarie primo, 2º scolarium provisiones, 3º salaria rectoris et consiliariorum, medici et etiam famulorum et etiam aliorum officialium subtrahantur, deinde vestes omnium; contra istud statutum ipse in tribus deliquit, primo quia ipse incepit accipere de salario sui officii rectoratus et accepit octo l. quas ipso petente, sibi dedit venerabilis Antonius de Portugalia, qui pro tunc pecunias exponendas domus tenebat et hoc est contra dictum statutum, cum domus multum in redditibus sit atenuata et debitor. oneribus agravata, 2º quia etiam si debuisset accipere dictum salarium, non debuisset accipere usque principium studii, ut disponit statutum 23 ...

Notifico V. R. dictum venerabilem rectorem idem statutum 40 violasse, dicendo scolaribus non solum verba iniuriosa sed abhominabilia, primo coram egregio viro Philipo de Formallinis, dixit venerabili Antonio de Madrigal scolari animo irato quod erat periurus et infamis, 2º dixit idem verbum venerabili Antonio de Portugalia coram reverendo domino Ludovico de Garsiis, que verba in ore gubernatoris multum turpiter sonant, quia alicui posset dicere qui, postposita patientia, contra eum iratis manibus insurgeret; in hiis predictis meis paucis diebus vidi venerabilem rectorem nostrum nostras leges violasse... 4º Notifico V. R. venerabilem rectorem magnam negligentiam incurrisse, nam meo et multum tempore ante tenuimus unum procuratorem qui secundum quod fuit repertum multos falcidie comittebat errores, qui quantum dampnum collegio attulerint (*sic*) ignoratur, suspiciendum tamen est magnum fuisse, cum a multo tempore dictum officium exercuerit et rapine intenderit ut ab experto cognovimus quod non evenerat si dictus rector cum cotidie a dicto procuratore rationem accipiebat, attenderat si dictus procurator aliquam

---

(161) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, fl. 13v-14.

fraudem comitebat vel aspexerat in coquina vel informaverat se ab aliis familiaribus et per talem diligentiam poterat bene talis procuratoris fructibus obviare, nam scire debuisset quod dubium est quis inter dispensatores inveniatur fidelis; similiter est negligens, nam non accipit sacramentum a talibus procuratoribus, secundum quod statutum 12 disponit, scivit tamen istas dispensatoris rapinas venerabilis vir Antonius de Portugalia qui ex aliquibus indiciis hoc suspiciens, ex sua grata voluntate curam expendendi pro certis diebus assumpsit et claves panis similiter et non solum in pecuniis invenit fraudem evidentem, sed similiter in pane magnam invenit fallaciam, quod totum faciat evitatum si rector diligens fuerat, secundum quod bonum decet administratorem et cum sibi incumberet si ita particularia ut ille fecit, adverterat» (162).

Nas visitas dos anos seguintes, não voltam a aparecer Pedro Marinho nem Pedro Afonso. Talvez fossem expulsos, como pedia António Martins de Portugal. Este continuou no Colégio até à licenciatura em direito canónico em 1447. Lobo de Ochon continuou também como estudante de direito canónico. E precisamente em Setembro de 1445 é ele quem move processo contra António de Portugal, por cuja culpa o Colégio teria ficado sem certa quantidade de trigo, devido a desinteligências com os ceifadores na recolha do mesmo, em período de guerra, tendo, sem o querer, favorecido os inimigos que vieram e levaram parte do trigo já preparado para se transportar para o Colégio. Sobre o assunto foram ouvidas oito testemunhas, desde 17 a 20 de Setembro, apresentadas pelo sobredito Lobo de Ochon:

«In Christi nomine. Amen. Hec sunt attestaciones et dicta quorundam testium monitorum iuratorum de veritate dicenda ac receptorum et examinatorum per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Petrum Dei et apostolice sedis gratia episcopum Imolensem, reverendi in Christo patris et domini domini Thome eadem gratia episcopi Bononiensis, in remotis agentis, vicarium in spiritualibus et temporalibus generalem in causa seu negotio visitationis per ipsum dominum Petrum episcopum tamquam vicarium antedictum inchoate in collegio scolarium Ispanorum, in civitate Bofi fundato per pie et recolende memorie dominum Egidium episcopum Sabinensem sancte Romane ecclesie cardinalem secundum dispositionem et formam Statutorum dicti collegii et specialiter interrogatorum super eo quod ab aliquibus ex scolaribus dicti collegii et maxime per dominum Luppum de Ochon, unum ex scolaribus antedictis, ipsi domino vicario extitit intimatum et in scriptis deductum maiorem partem bladorum possessionis quam habet dictum collegium in villa Viadagule

---

(162) ASB, Rogiti di Filippo Formaglini, busta 6, n. 185, fl. 18-18v.



committatus Bonoñ fuisse deperditam anno infrascripto per culpam, negligentiam et defectum domini Antonii Martini de Portugalia, etiam scholaris dicti collegii, scripta et rogata per me Rolandum Alberti de Castellanis, notarium infrascriptum, in solidum rogatum de predictis unacum Benedicto ser Boneventure de Paliottis, notario publico Bofi, sub anno a nativitate Domini nostri Yhesu Christi millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, diebus et mensibus infrascriptis, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini Eugenii divina providentia pape quarti.

Die decimo septimo mensis Septembris. Mengantes Bidinelli de Viadagulla, testis inductus et productus per dominum Luppum de Hochon, scolarem collegii Ispanorum in civitate Bonoñ fundati, in causa seu negotio visitationis predictae ac monitus et iuratus de veritate dicenda ac examinatus et interrogatus per prefatum dominum vicarium quid scit de contentis super deductis per dictum dominum Luppum de Hochon suo sacramento testificando respondit et dixit quod tempore rehollectus bladorum presentis anni Jacobus faber qui fuit aresanus ad mettendum et tritrandum blada, que erant in possessione dicti collegii, que erat in Viadagulla quam collebat Menghus Matius qui fuit interfectus, postquam trituravit dictum frumentum, assumpsit partem sue triturationis et remisit residuum domino Anthonio de Portugalia, scolari collegii predicti, qui erat in dicta possessione. Et quod credit quod dominus Antonius predictus potuisset habere virum qui conduxisset dictum frumentum ad collegium, si perquisivisset et fecisset diligentiam suam antequam supervenisset impetus hostium, qui postmodum astulerunt et portaverunt frumentum predictum, quod erat seu poterat esse in quantitate corbes viginti quatuor vel circa. Est etatis annorum quinquaginta vel circa.

Die predicta. Siverinus Bidinellus de Viadagulla, testis ut supra productus ac monitus, iuratus, examinatus et interrogatus, suo sacramento testificando respondit et dixit quod dominus Antonius de Portugalia, scholaris dicti collegii, qui erat super possessione de Viadagulla, quam collebat suprascriptus Menghus interfectus, tempore rehollectus, dixit ipsi testi tunc quod ipse volebat quod aresanus tritureret totum triticum et speltam, antequam mundaret vel quicquam amoveret, cuius rei cause dillatatum fuit opus et triticum remansit in area, quando hostes supervenerunt, qui abstulerunt dictum frumentum. Qui dictus Antonius si sollicitus fuisset, potuisset facere conduci partem trituratam ad collegium. Est etatis quadraginta annorum vel circa.

Die predicta. Johannes Mengantis de Viadagulla, testis productus, monitus, iuratus et interrogatus ut supra, suo sacramento testificando respondit et dixit quod dominus Antonius de Portugallia, scholaris dicti collegii, qui erat super possessione collegii de Viadagulla, quam collebat suprascriptus interfectus, tempore rehollectus, dixit aresano dicte possessionis quod antequam inciperet triturare, volebat quod ipse aresanus meteret speltam tempestatam in dicta possessione. Et quod aresanus, sentiens novitatem hostium dicebat: ego volo triturare frumentum. Et ipsi dominus Antonius et aresanus venerunt ad discordiam in tantum quod aresanus stetit aliquibus diebus quod non mesuit neque trituravit propter illam discordiam. Et quod dominus Antonius venit

Bononiam et fecit fieri quoddam mandatum dicto aresano et successive dictus aresanus triturravit frumentum, et accepit partem sue triturationis et dimisit residuum frumenti triturrati super area. Et venerunt hostes qui abstulerunt dictum frumentum quod erat super area. Et quod si dictus dominus Antonius fuisset sollicitus ad faciendum mundari frumentum triturratum, potuisset facere conduci Bononiam omni suo placito, quod quidem frumentum deperditum dixit quod erat in quantitate circa triginta corbes.

Die predicta. Antonius Mengantis de Viadagulla, testis inductus et productus, monitus, iuratus, interrogatus et examinatus ut supra, suo sacramento respondit et dixit quod dominus Antonius predictus qui erat in possessione de Viadagulla predicta, tempore presentis recollectus, nolebat quod aresanus dicte possessionis, qui messuerat totum frumentum possessionis, triturraret frumentum, nisi prius meteret speltam quam tempestaverat. Et quod aresanus qui volebat triturrare dictum frumentum et dominus Antonius predictus venerunt ad discordiam, ex qua discordia dictus aresanus stetit aliquibus diebus quod nichil fecit. Et quod dictus aresanus triturravit frumentum et accepit partem suam triturationis et dimisit residuum frumenti triturrati super area, quod frumentum sic triturratum stetit infra tres dies vel quasi super area. Et quod dominus Antonius semper dicebat aresano: Ego volo quod tu tritures totum frumentum antequam eum mundes. Et quod si dominus Antonius fuisset sollicitus ad faciendum mundari frumentum, quod erat triturratum, dictum frumentum potuisset facere conduci Bononiam. Et hostes non abstulissent eum, quod frumentum deperditum ignorat ipse testis quantum fuit. Dictus testis est etatis circa annorum decemseptem et est filius familias.

